quoniam mandata tua exquisiui Ex
quisierat ⁊ inuenerat qm̄ petierat et
acceperat spiritum bonum quo fac-
tus est bonus.bene facere bona ex fi
de que per dilectionem oꝑatur Et lo
quebar inquit de testimonijs tuis in
cōspectu regum ⁊ non confundebar
tāqm̄ ille qui petierat et acceperat vt
responderet exprobrantibus sibi v̄-
bum .⁊ non auferretur ex ore eiꝰ ver
bum veritatis Itaqꝫ pro illa vsqꝫ ad
mortem certans nec in cōspectu re-
gum cōfundebatur eam loqui Testi
monia quippe in quibus dicit qō lo-
quebatur .grece martiria nūcupātur
quo verbo iam vtimur ꝓ latino vn-
de dictum est eciam vocabulum mar
tirum quibus predixit deus qꝙ ⁊ an-
te reges eum fuerant cōfessuri Et me
ditabar inquit in mandatis tuis que
dilexi ⁊ leuaui manus meas ad man
data tua que dilexi : siue qō nonnulli
codices habent in vtroqꝫ versu dilexi
valde aut nimis aut vehemēter sicut

interp̄tari placuit qđ grece dicit᷑ spo
dra Mandata ergo dei dilexit ꝑ hoc
ꝙ ambulabat in latitudine . per spiri
tum scilicet sanctum per quē dilecti-
o ip̄a diffunditur ⁊ dilatat corda fide
lium Dilexit aūt ⁊ cogitando ⁊ ope-
rando Nā qđ ad cogitationem per
tinet ait . ⁊ meditabar in mandatꝭ tu
is qđ aūt ad oꝑationem ⁊ leuaui ma
nus meas ad mandata tua: vtriqꝫ āt
sentencie addidit que dilexi Finis eī
p̄cepti ē caritas de corde puro Quā
do isto fine id est huiꝰ rei ꝯtemplati
one fit mandatum dei . tunc fit vere
opus bonum : ⁊ tunc leuātur manꝰ
quia suꝑnum ē quo leuātur Propte
rea de ip̄a caritate loquitur aposto-
lus ⁊ dicit suꝑeminentem viam vob̄
demonstro : ⁊ alio loco cognoscere
inquit eciam suꝑeminentem sciē ca-
ritatem xp̄i Nam si de oꝑe manda-
torum dei merces terrene felicitatis
expetitur deponūtur manꝰ pocius
ꝙ̃ leuantur : q᷑ terrena emolumenta
que non sursum sed deorsum sunt il
lo oꝑe requiruntur Ad vtrūqꝫ perti
net quod sequitur ⁊ exercebar in ius
tificatiōibꝫ tuis qđ plures interpre-
tes dicere maluerunt ꝙ̃ letabar aut
garriebam : qđ aliqui interpretati sc̄
ex eo qđ grecus habet edoleston Ex
ercetur quippe in iustificationibus
dei letus ⁊ quodammodo garrulus
qui mandata eius que diligit ⁊ cogi
tādi ⁊ oꝑandi delectatione custodit
Explicit sermo xiiij. Incipit s̄mo qn
tusdecimus

Consideremus quantum do
net dominus : ⁊ ꝑtractemus
hos vsus magni psalmi huiꝰ Me-
mēto verbi tui seruo tuo : in q̊ spem
dedisti michi Hec me consolata est
in humilitate mea : quoniam verbū
tuuꝫ viuificauit me Nūquid obliuio
sicut in hoīem cadit in deum : Cur er
go ei dicitur memento : Quāuis in a
lijs sanctis scripture locis ip̄m ver-
bū omnino ponatur . vt ē quare mei
oblitus es ⁊ obliuisceris inopiā nos
tram ⁊ ip̄e deus per ꝓphetam ōnes
inquit iniquitates eius obliuiscar ⁊
alibi atqꝫ alibi sepius hoc legitur Sꝫ
nō vt hominibus ista contingūt ita
intelliguntur in deo Nam sicut deū
penitere dicitur qn̄ ꝑter hominuꝫ
spem res mutat . cōsilio non mutato
q᷑ cōsilium dn̄i manet in eternū : ita
dicitur obliuisci qn̄ tardare videtur
adiutorium vel promissum vel nō re
tribuere digna peccantibus vl̄ si qđ
huiusmodi tanq̄m eius memoria sit
elapsum quod speratur siue timetur
⁊ non fit Dicūtur ista locutione mo
rali qua humanus moueat᷑ affectus
ꝙ̃uis enim deus faciat certa disposi
tione nō deficiente memoria nec ob
scurata intelligētia nec volūtate mu
tata Cum itaqꝫ dicitur ei memento .
orantis desiderium quia promissum
poscit ostenditur et non deus quasi
ei de mēte exciderit āmonetur Me
mento inquit verbi tui seruo tuo : h̄
est imple promissum seruo tuo In
quo spem dedisti michi : hoc ē in quo
verbo quoniam ꝓmisisti m̄ me spe-
rare fecisti Hec me ꝯsolata est in hu
militate mea : hec scilicet spes que da
ta est humilibus dicēte scriptura . de
us superbis resistit humilibus autē
dat grām Vnde ore proprio eciā ip̄e
dominꝰ ait quoniā qui se exaltat hu
miliabitur ⁊ qui se humiliat exaltabi
tur Bene hic intelligimus eciam illā
humilitatem . nō qua se quisqꝫ humi
liat cōfitendo pccā : nec sibi arrogan
do iusticiam : sed qua quisqꝫ humilia
tur aliqua tribulatione vel deiectio-
ne quam meruit eiꝰ superbia . aut ex

erceretur pbatur qȝ paciā Unde paulo post dicit hic psalmꝰ. priusq̄m humiliarer ego deliqui. ⁊ illud in libro sapientie. in dolore sustine. ⁊ in humilitate tua pacientiā habe: q̄m in igne pbatur aurū ⁊ argētum. homines vero acceptabiles in camino humiliationis Quod ait acceptabiles: ibi spē dedit que consolaretur in humilitate Et dominus ihūs hanc humilitatem cum discipulis predicaret a psecutoribus esse venturam: nō eos sine spe reliquit sed hanc eciam qua consolarentur dedit dicens. in vestra paciencia possidebitis aiās vestras De ipo quoqȝ corpe qd ab inimicis posset occidi ⁊ quasi penitus interire: capillꝰ inquit capitis vestri nō peribit Hec spes data est corpori cristi qd est ecclesia. qua cōsolaretur in humilitate sua Propter quā spem dicit ⁊ apostolus paulus. si autem qd non videmus speramus per paciām expectamus: sed eternoꝝ est spes ista premiorum Est ⁊ alia spes que in humilitate tribulationis plurimū consolatur que sanctis data est in verbo dei adiutorium gracie pollicētis ne quisqȝ deficiat De qua re dicit apostolꝰ fidelis deus qui non permittit vos tēptari super id quod potestis sed faciet cum temptatione eciā exitum vt possitis sustinere Hanc spem dedit eciā saluator ore suo quando ait: hac nocte postulauit sathanas vexare vos sicut triticum ⁊ ego rogaui p te petre ne deficiat fides tua Hanc spem dedit ⁊ in oratione quā docuit. vbi monuit vt dicamꝰ: ne nos iferas in tēptationem Quodammodo enim promisit se daturum suis piclitantibus quod dici voluit ab orantibꝫ: ⁊ nimirum de hac spe magis iste psalmꝰ intelligendus est dicere. hec me consolata est in humilitate mea. quoniā vbum tuum viuificauit me Qd expressius interpretati sunt qui non verbū sed eloquium posuerūt Grecꝰ em̄ logion habet quod est eloquium: non logos quod ē verbum Sequitur āt

Superbi inique agebant vsqȝ valde: a lege autē tua non declinaui Superbos intelligi voluit psecutores piorum: ⁊ ideo subiecit. a lege autem tua non declinaui. quia hoc eum facere illorum persecutio ɔpellebat Quos vsqȝ valde inique dicit egisse: q: non solum erant impij. verum eciā pios impios esse cogebant In hac humilitate hoc est in hac tribulatioē spes consolata est q̄ data in verbo dei pollicentis adiutorium ne deficiat fides martirum. ⁊ pñcia spiritus sui vires imptientis laborantibꝫ: vt euadētes de muscipula venantium dicerēt nisi quia dominus erat in nobis fortasse viuos obsorbuisset nos An forte qd ait hec me consolata est in humilitate mea. illam dicit humilitatem q̄ homo est deiectus ⁊ proiectus in mortem. ex peccato illo quod valde infeliciter in paradisi felicitate cōmissum est: In hac quippe in qua homo vanitati similis factus est. et dies eius sicut vmbra pretereunt. omnes filij ire sunt nisi per mediatorem recōcilientꝰ deo. qui pdestinati sunt in eternam salutem ante mūdi constitutionem: quo mediatore et antiqui iusti spem habebant. quando eum in carne venturum per prophecie spirituꝫ preuidebant Qd ergo verbū ad eos fiebat de illo. eciā hoc bene hic intelligitur verbum si ⁊ ipōrum accipimꝰ istam vocem: de quo verbo dictū est memento verbi tui seruo tuo in quo michi spem dedisti Hec me consolata est in humilitate mea: hoc est in is

ta mortalitate mea Quia eloquiū tu
um viuificauit me: vt spem vite ha-
berem ꝓiectus in mortem Super-
bi inique agebant vsq; valde q̄n qui-
dem eorum superbiā nec humilitas
mortalitatis edomuit A lege autem
tua non declinaui: quod me facē co
gebant superbi M emor fui iudici
orum tuoꝝ a sc̄lo domine ⁊ consola
tus sum: vel sicut alij codices habēt
⁊ exhortatus sum. id est exhortatio
nem accepi Vtrumq; enim potuit in
terp̄tari de verbo greco q̄d est pacle
ten A sc̄lo ergo ex quo genus huma
num sumpsit exordium. memor fui
iudicioꝝ tuorum super vasa ire q̄ pa
ta sunt in perditionem: et consolat⁹
sum. quia per hec quoq; ōn̄disti diui
cias glorie tue in vasa miē tue T e
dium tenuit me a pcc̄oribus derelin
quentibꝫ legem tuam: cantabiles m̄
erant iustificationes tue. in loco in-
colatus mei vel sicut alij codices ha
bent. in loco ꝑegrinationis mee Ip
sa ē illa humilitas in loco mortalita
tis et ꝑegrinationis hōis de ꝑadiso
⁊ de illa superna ihr̄l'm. vnde quidaꝫ
descendēs in iherico incidit in latro-
nes: sed ꝓpter miām que per illū sa-
maritanum cū illo facta est. cantabi
les illi erant iustificationes dei in lo
co ꝑegrinationis sue q̄uis eum tedi
um teneret a pcc̄oribus relinquenti
bus legem dei: quia cum eis cōuer-
sari in hac vita vel ad tēp⁹ cogit̄. do
nec area ventiletur. Possunt em̄ isti
duo v̄sus ad singulas ꝑtes vni⁹ su-
perioris aptari: vt quod ait memor
fui iudiciorū tuorum a seculo domi
ne ad hoc referatur tediū tenuit me
a pcc̄oribus relinquentibꝫ legem tu
am: q̄ vero ibi ait. et consolat⁹ sum
ad hoc referatur. cantabiles m̄ erāt
iustificationes tue in loco ꝑegrina-
tionis mee M emor inq̄t fui in noc
te nominis tui domine. et custodiui
legem tuam. Nox est illa humilitas
vbi est mortalitatis erūpna: nox est
in suꝑbis inique agentibus vsq; val
de. nox in tedio a pcc̄oribꝫ relinquē-
tibus legem dei: nox est postremo i
loco ꝑegrinationis hui⁹ donec veni
at dominus ⁊ illuminet abscondita
tenebrarum. ⁊ manifestabit cogita
tiones cordis: ⁊ tūc laus erit vnicui
q; a deo In hac ergo nocte meōr ho
mo esse debet nominis dei: vt q̇ glo-
riatur in dn̄o glorietur Propter q̄d
⁊ illud scriptum est: non nobis do-
mine non nobis sed nomini tuo da
gl'am Sic enim quisq; non in sua sed
in dei gloria. quia nec in sua ſꝫ in dei
iusticia id est a deo sibi donata cus-
todit legē dei: sicut iste ait. meōr fui
in nocte nominis tui domine ⁊ cus-
todiui legem tuam. quam nō custo-
disset si in sua v̄tute cōfidens: nomi
nis dei memor non fuisset: adiutori
um enim nostrū in nomine domini.
Propter q̄d secutus adiūxit H ec
facta ē michi: quoniam iusticias tu
as exquisiui Justicias vtiq; tuas q̇-
bus iustificas impiū: non meas que
nūq̄m me pium faciunt sed suꝑbum
Non enim erat iste aliquis eorꝫ: q̇
ignorantes dei iusticiam ⁊ suam vo
lentes cōstituere iusticie dei nō sunt
subiecti Has ergo iusticias quibus
iustificantur gratis per grām d̄i qui
per seip̄os iusti eē non possunt. me
lius alij interpretati sunt iustificati-
ones: quia reuera nō diceosinas id
est iusticias: sed diceomata grecus
habet que sunt iustificationes Sed
quid sibi vult quod ait hec facta ē m̄.
Hec quid? An forte lex q̄ dixerat et
custodiui legem tuam? Quibꝫ v̄bis
subiunxit hec facta est michi: tanq̄

diceret hec lex facta ē michi Sed nō est rememorandū in exponendo: quomodo sit ei facta lex dei Greca enim locutio vnde ista translata est. satis indicat nō de lege dictum esse hec facta ē michi. quia lex i eadem lingua generis masculini est et feminino pronomine eciam ibi scriptum ē hec facta ē michi Queritur ergo prius que illi facta sit: deinde quomodo illi facta sit quecumque illa sit Hec inquit facta est michi nō vtique hec lex quia hunc sensum sicut dixi grecus expellit Forte ergo hec nox quia tota superior sentencia sic se habet. memor fui in nocte nominis tui domine et custodiui legem tuam: et sequitur hec facta est michi Quia itaque nō lex: profecto nox est que facta est illi Quid ē igitur nox michi facta est quia iustificationes tuas exquisiui Lux quippe pocius est ei facta non nox: quia iustificationes exquisiuit dei. ac sic recte intelligitur facta est michi. ac si diceretur facta est pro me: id est factum est vt prodesset michi Si enim humilitas illa non absurde intelligitur nox. vbi inuicem latent corda mortalium vt de talibus tenebris innumerabiles et graues temptationes oriantur. ita vt in eadē nocte pertranseant eciam bestie silue. catuli leonis rugientes querentes a deo escam sibi: vnde eciam de illo leone rugiente et querente quē deuoret dominus ait quod iam supra commemoraui. hac nocte postulauit sathanas vexare vos sicut triticum. id est hac nocte in qua pertranseunt bestie silue. vos leo ille magnus quesiuit escam sibi. profecto hec ipsa humilitas in loco peregrinationis huius que nox recte intelligitur prodest eis qui salubriter exercentur in ea vt discant nō superbire: propter quod malū in ista nocte pulsus ē homo. inicium enim superbie hominis apostatare a deo

sed gratis iustificatur. atque in ista humilitate proficiat varijs temptationibus huius noctis oppositus. iam intelligens dicat quod in hoc psalmo aliquanto post dicitur. bonū est michi quod humiliasti me vt discam iustificationes tuas Nam quid ē aliud bonū michi quoniam humiliasti me nisi hec humilitas que nox vocatur facta est michi id est factū ē vt prodesset michi: Sed quare hoc: Quia scilicet iustificationes tuas nō meas exquisiui Possumus eciam quod dictum est hec facta ē michi sic intelligere. vt nec lex nec nox subaudiatur: sed hoc pronomen quod est hec non accipiatur aliter quam se habet ille in alio psalmo locus vbi legitur. vnam pecij a domino hanc requiram Nec dicit. quid vnam vel quā vnā de qua dixerit hanc requirā: sed femininum genus quasi pro neutro positū est Inusitate quippe dictum ē vnam pecij hanc requiram. vbi non subauditur que illa vna sit: quod vsitacius diceretur vnum pecij a domino hoc requiram vt inhabitē in domo domini In hijs enim neutris nō solet exigi neutrum quod subaudiendū sit vtputa vnū bonū aut vnū donum. vel si quid huiusmodi: sed quicquid illud ē. eciam si masculino vel feīno genere nuncupetur vel sine vllo nomine vllius generis quibuslibet verbis insinuetur solita omnino locutione sub genere neutro itelligitur Ita ergo et hic eo modo dici potest hec facta est michi: tamquam dictum esset hoc factum est michi Si autem queramus quid illud sit: occurrit quod supra dixerat memor fui in nocte nominis tui domine. et custodiui legem tuam Hoc factum est michi id ē hoc quod custodiui legem tuam nō per meipsum feci. sed factū est michi vtique abs te: quia iustificationes nō meas sed tu

as exquisiui Deus ē em̄ inquit apos
tolus qui opatur in vobis ꝛ velle et
opari pro bona volūtate Hoc eciā
per ꝓphetam deus dicit . ꝛ faciam vt
in iustificationibus meis ambuletis
ꝛ iudicia mea obseruetis ꝛ faciatis.
Quapropter deo dicente ego faciaꝫ
vt iudicia mea obseruetis ꝛ faciatis
rectissime iste dicit hoc factum est m̄
vt cum quesieris qđ illud sit : respon
deat qđ supra dixerat . vt custodireꝫ
legem dei Sed quia iste in longū ser
mo processit : ea que sequūtur domi
no donante ab alio melius tractabū
tur exordio
Explicit sermo quintusdecim⁹ Inci
pit xvi.

De vsu psalmi Pars mea do
mine . vsq; ad misc̄dia tua ple
na est terra Hos vsus psalmi huius
magni nunc aggredimur in dei volū
tate tractandos Pars mea dn̄s . qđ
habent quidam pars mea domīe qđ
vtrum ideo dicatur q꜡ ꝑticeps eius
est quisq̄s ei adheret sicut scriptū est
michi aūt adherere deo bonum ē nō
enim existendo sunt homines dij . sꝫ
fiunt ꝑticipando illi⁹ vni⁹ qui verus
est deus . an q꜡ ꝑtes sibi eligūt homi
nes in hoc mūdo siue sortiuntur ali⁹
hoc alius illđ vnde quisq; viuat : quo
dammodo porcio pioꝝ deus est vn
de semper viuant Vterq; non ē sen-
sus absurdus : sed quod sequitur hic
audiamus Dixi custodire legē tu
am Quid ē portio mea domine dixi
custodire legem tuam . nisi q꜡ ita erit
portio cuiusq; dn̄s . cū legem e⁹ cus-
todierit ? Sed quomodo custodit n̄
hoc donet atq; ad hoc adiuuet spiri-
tus viuificans ne lr̄a occidat et pec-
catum occasione accepta per mād a
tum opetur in homine oēm cōcupis
centiam ? Inuocandus est igitur : sic
enim ab eo fides impetrat quod lex
impat : quoniam qui inuocauerit no
men domini salu⁹ erit Et iđ vide qđ
subiūgat Precatus sum faciem tu
am in toto corde meo Et dicēs quō
sit precatus Miserere inq̄t mei se-
cūdum eloquium tuum Et tanq; ex-
auditus atq; adiutus ab eo quē pre
catus ē Cogitaui inquit vias me-
as : ꝛ auerti pedes meos in testimo-
nia tua Auerti scilicꝫ a vijs meis que
displicuerunt michi : vt irent in testi-
monia tua . atq; ibi haberēt viā Plu
res em̄ codices non habent q꜡ cogi-
taui sicut in quibusdam legitur : sꝫ tā
tūmodo cogitaui Qꝫ aūt hic positū
est ꝛ auerti pedes meos nōnulli ha-
bent quia cogitaui ꝛ auertisti pedes
meos : vt hoc dei poti⁹ gracie tribu
atur scđm illud qđ apostolus ait . de
us est enim qui opatur in vobis : cui
eciam dicit² . auerte ocl̄os meos ne
videant vanitatem Si oculos ne vi
deant vanitatem . cur nō ꝛ pedes ne
sectentur errorem ? Propter qđ et il
lud scriptū est . oculi mei semꝑ ad do
minum q꜡ ipse euellet de laqueo pe-
des meos Sed siue auertisti pedes
meos siue auerti pedes meos lega-
tur . ab illo fit vt faciamus cui⁹ faciē
precatus est in corde suo : ꝛ cui dixit
miserere mei scđm eloquium tuum
hoc est scđm v̄bum ꝓmissionis tue.
Filij quippe promissionis in semine
deputantur abrahe Deniq; hoc inter
pretato gracie beneficio Paratus
sum inquit ꝛ non sum turbat⁹ vt cus
todiam mādata tua Qđ aliqui inter
pretati sunt ad custodiendum man-
data tua . aliqui vt custodireꝫ . aliqui
custodire : qđ grecus posuit tupilax
aste Qm̄ vero paratus factus sit ad
custodienda diuina mandata subdi-
dit dicens Funes peccōrum circū

plexi sunt me : ⁊ legis tue non sũ ob
litus Funes pccõꝝ impedimenta
sunt inimicoꝝ siue spiritualiũ sicut
dyaboli ⁊ angeloꝝ eiꝰ : siue carnaliũ
in quibꝫ filiis infidelitatis dyabolus
opatur Non eñ hoc nomen qđ dic
tum est pccõꝝ ab eo ꝙ sunt pecca
ta declinatum ē . sed ab eo ꝙ sunt pec
catores : qđ in greco euidenter appa
ret Cum itaqꝫ minantur mala quibꝫ
terreant iustos ne ꝓ lege dei paciã-
tur : quodãmodo funibꝰ iplicãt ve-
lut validas et robustas restes suas.
Trahunt enim peccata sicut restem
longam : ⁊ hinc sanctos implicaȓe co
nantur ⁊ aliqñ ꝑmittuntur Sꝫ si im
plicant corpus nõ implicant animũ
vbi non est iste dei legis oblitus . qꝛ
sermo dei non est alligatus Media
nocte inquit surgebam ad ꝯfitendũ
tibi super iudicia iusticie tue : qꝛ et ħ
ipm̃ ꝙ funes pccõꝝ circumplectũ
tur iustum . iudicia sunt iusticie dei .
Propter quod dicit apostolꝰ petrꝰ
tempus eẽ vt iudicium incipiat a do
mo domini : ⁊ si inicium inquit a no-
bis . qualis finis erit eis qui non cre
dunt domini euãgelio . ⁊ si iustꝰ qui-
dem saluus erit . pccõꝛ ⁊ impius vbi
parebunt : Hoc enim ait de ꝑsecuti-
onibus quas paciebatur eccl'a cum
funes pccõꝝ circũplecterẽtur eã
Proinde mediam noctem grauiora
tribulationis intelligenda existimo
in qua dixit surgebam qꝛ nõ eum sic
affligebat vt deiceret : sed exercebat
vt surgeret . id est vt ea ipa tribulati-
one ad fortius ꝯfitendum ꝑficeret.
Jam vͦ quia ista fiunt gracia dei ꝑ
ihesum cristum dominum nostrum
vocem persone sue per hãc prophe-
ciam suo corpori adiungit ipe salua
tor Ad ipm̃ caput eñ ꝓprie qđ seqtur
pertinere arbitror Particeps ego
sum õnium timentiũ te ⁊ custodien-
tium mandata tua . sicuti est in ep'la
que ad hebreos scribitur . qui ei sanc
tificat ⁊ qui sanctificãtur ex vno om
nis Propter quã causam nõ cõfun-
ditur frẽs eos vocare : ⁊ paulopost.
ꝓpterea ergo inqt pueri cõmunica-
uerunt sanguini ⁊ carni . ⁊ ipe prope
modum eorum ꝑticipauit Quod qđ
est aliud q̃ꝫ eorũ ꝑticeps factus est :
Neqꝫ enim efficeremur ꝑticipes di-
uinitatis eius : nisi ipse mortalitatis
nrẽ ꝑticeps fieret Nam in euange-
lio quo nos diuinitatis eius ꝑticipes
facti sumꝰ ita dicitur . dedit eis ptã-
tem filios dei fieri hiis qui credũt in
nomine eiꝰ : qui non ex sanguinibus
neqꝫ ex voluntate carnis neqꝫ ex vo
luntate viri sꝫ ex deo nati sunt Vt ãt
hoc fieret qꝛ ⁊ ipe factus est ꝑticeps
mortalitatis nostre : ita ibi sequitur
⁊ verbum caro factum ē ⁊ habitauit
in nobis Per hãc eius perticipatio-
nem nobis gracia sumministratur :
vt caste timeamus deum ⁊ custodia
mus mandata eius Proinde ipe ihe
sus loquitur in ista prophecia . sed q̃
dam in mẽbris suis ⁊ vnitate corpo
ris sui tanq̃m in vno quodam homi
ne diffuso toto orbe terrarum ⁊ suc
crescente per volumina seculoꝝ que
dam vero in seipo capite nostro : vn
de ex hoc est quod ait particeps ego
sum omnium timentium te ⁊ custo
dientium mãdata tua Et quia prop
ter hoc ꝙ ꝑticeps factus est fratruꝫ
suorum . deus hominum . immorta-
lis mortalium : ideo granum ceci-
dit in terra vt mortificatum multuꝫ
fructũ faceret Et de ipso fructu secu
tus adiunxit Misc̃dia tua dñe pleã
est terra Et vnde hoc . nisi cũ iustifi-
catur impiꝰ : In cuiꝰ gracie scientia

vt perficiatur adiungit Et iustifi-cationes tuas doce me

.Explicit sermo decimussext⁹ Incipit sermo xvij.

De vsu psalmi Suauitatem fecisti cum seruo tuo domine .vsq; ad bonum michi lex oris tui super milia auri et argenti Hij vsus psalmi hui⁹ de quibus nūc in voluntate dei disputaturi sum⁹ ab hoc incipiunt :suauitatem fecisti cū seruo tuo dn̄e scd̄m verbum tuū . vel pocius scd̄m eloquium tuum Sed qd ait grecus chestotetan :aliqn̄ suauitatē aliquando bonitatem nostri interp̄tes transtulerūt Verū quia suauitas potest eē et in malo .qn̄ illicita queq; et immunda delectāt .p̄t eciam et in ea que cōceditur voluptate carnali : sic debem⁹ intelligere suauitatē . quā chestotetan greci vocant vt bonis spiritualibus deputetur Propter hoc ei eam et bonitatē nostri appellare voluerunt Nichil hic ergo aliud dictuz existimo suauitatem fecisti cū seruo tuo :nisi fecisti vt me delectaret et bonum Qn̄ enim delectat bonum magnum est dei donū . qn̄ aūt bonū op⁹ qd̄ lex impat fit timore pene nō amore iusticie cū deus metuitur nō amatur :seruiliter fit nō liberaliter Seruus āt nō manet in domo ineternuz fili⁹ manet ineternū :qz cōsummata caritas foras mittit timorē Suauitatē fecisti cū seruo tuo faciendo filium qui seru⁹ fuit . scd̄m eloquium tuum hoc est scd̄m p̄missum tuū : vt scd̄m fidem firma fit p̄missio omni semini Suauitatem et eruditionez et sciām doce me inquit :qm̄ mandatis tuis credidi Augeri sibi ista poscit et pfici Nā vtiq; qz iam dixerat suauitatem fecisti cum seruo tuo . quomodo dicit suauitatem doce me .nisi vt ei gracia dei magisq; habūdet et innotescat dulcedine bonitatis: Habebant enim fidē qui dixerūt dn̄e auge nobis fidez et q̄diu viuitur in hoc mūdo pficientium est hec cantatio. Addidit aūt et eruditionem . vel sicut plures codices habent disciplinam. Sed disciplinā quam greci appellāt phedian .vbi scripture nostre ponere p̄sueuerūt ibi intelligenda est per molestias eruditio. scd̄m illud. quem eīn diligit dominus corripit :flagellat aūt omnem filiū quē recipit Hec apō ecclesiasticas lr̄as dici assolet disciplina interp̄tata de greco vbi legitur phedeia Hoc enim v̄bum in greco positū est in ep̄la ad hebreos vbi latinus interpres ait .omnis eīn disciplina ad p̄ns nō gaudij videtur eē sed tristicie postea āt fructum pacificum hijs qui per eam certarunt reddet iusticie Cum quo ergo facit de⁹ suauitatem id est cui p̄picius inspirat boni delectationem .atq; vt apertius id explicem . cui donatur a deo caritas dī . et p̄pter deū caritas proximi p̄fecto instanter orare debet q̄ tantum sibi augeatur hoc donum vt non solum p̄ illo cōtēpnat delectationes ceteras sed eciam pro illo quaslibet pferat passiones : ita suauitati salubriter additur disciplina Nō eīn quātulecūq; suauitati vł bonitati h̄ē caritati sancte poscenda est et optinenda .sed tam magne vt sub e⁹ pressura non possit extingui sed sicut ingens flāma sub impetu venti quantomagis reprimitur tanto ardenti⁹ excitari Ideo parū fuit dicere suauitatē fecisti cū seruo tuo n̄ rursus peteret vt eū doceat suauitatē:tātā vtiq; vt disciplinam possit pacientissime sustinere Tercia ponitur sciencia: q̄niam si magnitudine sua p̄cedit sciē-

cia magnitudinem caritatis nō edi-
ficat sed inflat Cum ergo tanta fue-
rit caritas in bonitate suaui vt tribu-
lationibus nō possit extingui quas
adhibet disciplina :tunc vtilis erit sci
entia qua innotescat eciam sibi ho-
mo quid ip̄e meruerit .⁊ que a dō do
nata sint ei per que posse se sciat que
se posse nesciebat. ⁊ per seip̄m omni
no non poterat Nō autem nō ait da
michi sed doce me . quomodo suaui
tas docetur si non detur: Nūquidez
multi quod eos non delectat sciunt:
et quarum rerum habent cognitio-
nem. non habent suauitatem Sua-
uitas enim disci non potest. nisi de-
lectet Item disciplinam que signifi-
cat emendatoriam tribulationē ac-
cipiendo discitur. id est non audien-
do vł legendo vel cogitando sed ex-
periendo Atuero scientia quam ter
cio posuit ī hijs que ait doce me. docē
do datur Nam quid est aliud doce-
re q̄m scientiam dare: Et h̄ duo ita si
bi cōnexa sunt: vt alterum sine alte-
ro esse non possit Nemo enim doce
tur nisi discat ⁊ nemo discit nisi doce
atur .⁊ iō si discipulus capax non sit
eorum que a doctore dicuntur. non
potest doctor dicere ego eum docui
sed ip̄e non didicit: dicere aūt potest
ego ei dixi qō dicendum fuit .sed ille
non didicit . quia non percepit. non
ꝯprehendit. non intellexit Nam ꝑ-
fecto et ille didicisset si iste docuisset.
⁊ ideo deus quando vult docere pri
us dat intellectum : sine quo ea q̄ ad
diuinam doctrinā pertinent homo
non potest discere Vnde ⁊ iste pau-
lopost dicit: da michi intellectum vt
discam mādata tua Potest itaqꝫ ho
mo cum docere aliquem cupit dice-
re illa que dixit dominus discipulis
suis postea q̄m resurrexit a mortuis

sed facere quod ille fecit non potest
Ait enim euāgeliū .tūc apuit eis sen-
sum vt intelligerent scripturas ⁊ dix
it illis .quid āt illis dixit ibi legitur: s3
iō cepant qō dixit quia vn̄ caperent
apuit Docet ergo deꝰ suauitatem i-
spirando delectationem . docet disci
plinam tēpando tribulationem . do
cet scientiam insinuando cognitio-
nem Cum itaqꝫ alia sint que iō disci-
mus vt tātummodo sciamꝰ . alia ve
ro vt eciam faciamus . quando deꝰ
ea docet. sic docet vt ea scienda scia-
mus aperiendo veritatem :sic docet
vt facienda faciamus inspirando su
auitatem Neqꝫ enim frustra ei dici
tur .doce me vt faciam volūtatē tuā
Sic inquit doce vt faciam: nō tantū
modo vt sciam Ip̄a quippe rcē fac-
ta. fructus est noster quē reddimus
agricole nostre Sed scriptura dicit:
dominꝰ dabit suauitatem . ⁊ t̄ra nos
tra dabit fructum suūz Que aūt ista
terra est. nisi de qua dicitur eidem ip
si qui dat suauitatem .anima mea ve
lut terra sine aqua tibi: Nō vero cū
dixisset suauitatem ⁊ disciplinā ⁊ sci-
entiam doce me adiunxit atqꝫ ait q̊-
niam mandatis tuis credidi: nō im-
merito queri ꝑt cur nō dixerit obedi
ui s3 credidi Alia ei sunt mādata alia
ꝓmissa Mādata faciēda suscipimꝰ
vt accipe ꝓmissa mereamᷣ Promis-
sis ergo credimus :mādatis obtpa-
mus Quid ē ḡ mandatis tuis credi-
di :nisi credidi qō tu illa mādaueris n̄
aliqs hō .q̄uis per hoīēs hōibus mi
nistrata sint: Quia itaqꝫ credidi tua
eē mandata :ip̄a fides mea q̄ id credi
di impetret abs te grām .q̄ faciaz qō
mādasti Si ei hō m̄ h̄ iuberet forinse
cus .nūquid vt eciā facerem qō iube
bat adiuuaret intrīsecus: Doce ḡ me
suauitatē inspirando caritatē : doce

me disciplinan̄ do donando pacientiaꝫ
doce me scient iam illuminādo intel-
ligentiam: quoniam mandatis tuis
credidi Te illa credidi mandasse q̄ de
us es: ⁊ homini donas vnde facias
eum facere quod mādas Priusqꝫ
humiliarer inquit ego deliqui: prop
terea verbum tuum vel sicut alij ex-
pressius habent. propterea eloquiuꝫ
tuum custodiui. vtiqꝫ ne rursum hu
miliarer Nō ad illam humilationeꝫ
melius refertur que facta est in adā:
in quo omnis creatura humana tan
q̄m in radice viciata. quoniā veritati
subiecta esse nō voluit. subiecta ē va-
nitati Nō vasis misericordie profu-
it expiri: vt deleta superbia diligatur
obedientia ⁊ pereat nō reditura mi-
seria Suauis es domine vel sicut
plures habent suauis es tu domine:
aliqui eciam suauis es tu. vel bonus
es tu. sicut de hoc verbo supiꝰ trac-
tauimus Et in tua suauitate doce
me iustificationes tuas Vere vult fa
cere iustificationes dei. qn̄ eas in eiꝰ
suauitate vult discere ab ip̄o cui dixit
suauis es tu domine Deniqꝫ sequit
Multiplicata est super me iniq̄tas
superborum: eoruꝫ scilicet quibꝫ nō
profuit ꝙ postea q̄ꝫ deliquit humilia
ta est humana natura Ego aūt in
toto corde meo scrutabor mandata
tua Quātalibet inquit habūdet iniq̄-
tas non in me refrigescit caritas Tā
q̄m ille hoc dicit qui in eiꝰ suauitate
iustificationes dei discit Quātoma-
gis em̄ suauia sunt que iubet qui iu-
uat. tantomagis ea scrutatur amās
vt cognita faciat ⁊ faciendo cognos
cat: q̄ꝛ perfectius cognoscūtur cū fi-
unt Coagulatum est vt lac cor eo
rum Quoꝝ nisi superboꝝ quorū su-
per se multiplicatam dixit iniquitatē

Obdurauisse autem cor eorum vult
intelligi hoc verbo ⁊ hoc loco Nam
dicitur ⁊ in bono sicut in psalmo sex
agesimo septimo dicitur mons inca
seatus mons vber: ⁊ intelligitur gra
cia plenus Nam ⁊ illic quidam coa-
gulatus interp̄tati sunt Sed vide q̄d
a se opponat duricie cordis eorum
Ego vero inquit legem tuā medi
tatus sum Quā legem: Vtiqꝫ iustissi
mam ⁊ misericordissimam vn̄ illi di-
citur ⁊ lege tua miserere mei Super
bis resistit vt obdurentur humilibꝫ
aūt dat graciam vt diligant obedien
tiam ⁊ ne recipiant excellentiā Me-
ditatione quippe legis huiꝰ volunta
ria seruatur michi humilitas: vt pe-
nalis euadatur humilitas de q̄ mox
dicit Bonum michi quoniam hu-
miliasti me: vt discam iustificatiōes
tuas Vicinum aliquid ⁊ supius iam
dixerat. priusq̄m humiliarer ego de-
liqui: propterea eloquium tuū custo
diui Ip̄o quippe fructu ostendit ꝙ
bonū illi fuerit humiliari: sed illic dix
it ⁊ causam ꝙ humilitatem penalem
delinquendo precesserit Nūc vero ibi
ait propterea eloquium tuum custo
diui hic aūt vt discam iustificatiōes
tuas: satis significasse michi videtur
hoc est ista nosse quod custodirē. hoc
custodire quod nosse Neqꝫ em̄ xp̄s
non nouerat q̄d arguebat: ⁊ tn̄ argu
ebat peccatuꝫ. cum dictum de illo sit
ꝙ non nouerat peccatum Nouerat
ergo quadam noticia. ⁊ rursus qua
dam ignorantia nō nouerat. sic ⁊ ius
tificationes dei multi discunt ⁊ non
discunt Nouerāt enim eas quadam
noticia et rursus quadam ignorātia
quoniā non faciunt q̄d nouerūt Eo
modo hic ergo intelligendus ē dixis
se. vt discam iustificationes tuas eo

noticia qua fiunt Hee autem qꝛ nō
fiunt nisi per dilectionem .vbi qui fa
cit habet delectationem ꝓpter quod
dictum est .in tua suauitate doce me
iustificationes tuas sequēs v̄sus os
tendit vbi ait Bona michi lex oris
tui super milia auri ⁊ argenti vt am
plius diligat caritas legem dei q̄ȝ di-
ligit cupiditas milia auri ⁊ argenti.
Explicit sermo decimusseptim⁹ In
cipit sermo xviij.

De versu psalmi Manus tue
domine fecerunt me ⁊ finxe-
runt me :da michi intellectuȝ vt dis-
cam mandata tua Quando de⁹ ho-
minem fecit ex puluere et aiāuit fla-
tu :non ibi cōmemoratum est q̄ ma
nibus fecerit Cur itaq̄ȝ quibusdam
visum fuerit v̄bo deum fecisse cete-
ra .hominem vero velut aliquid pre
cipuū fecisse manibȝ suis non video
nisi forte quia ex puluere formatum
legitur hominis corpus nō potuis-
se fieri nisi manibȝ arbitrantur : nec
attendunt qđ in euangelio de verbo
dei scriptum ē omnia p ip̄m facta sē
non posse constare si non per verbū
factum est eciam corpus humanum
Sed adhibent testimoniū de h̄ psal-
mo ⁊ dicunt ecce vbi apertissime cla
mat homo .man⁹ tue fecerunt me ⁊
finxerunt me :quasi non eciam apte
dictum sit videbo celos opa digito
rum tuoꝝ nec minus aperte dictuȝ
sit ⁊ opa manuū tuarū sunt celi mul
toq̄ȝ apertius ⁊ aridam terram ma-
nus ei⁹ finxerunt Manus ergo dei
sunt potestas dei Aut si pluralis nu
merus eos mouet . qꝛ non dictū est
manus tua sed manus tue . accipiāt
manus dei v̄tutem ⁊ sapientiam dei
qđ vtrūq̄ȝ vnus dictus est crist⁹ qui
eciam intelligitur brachium domini
vbi legitur .et brachium domini cui

reuelatum est aut accipiant manus
dei filium ⁊ spiritum sanctum qꝛ spi
ritus sanctus coopator est patris ⁊
filij :vnde ait apostolus .omnia hec
opatur vnus atq̄ȝ idē spirit⁹ Prop-
terea quippe dixit vnus atq̄ȝ idē spi
ritus :ne tot spiritus ei⁹ quot ope-
ra putarentur. q̄ non sine patre ⁊ fi
lio spiritus operetur Liberum ē igi
tur quomodo intelligantur manus
dei .dum tamen nec ea que facit ma-
nibus v̄bo facere negetur .nec prop
ter manus forma corporis .aut alia
manus sinistra alia dextra .nec prop
ter verbum sonus oris aut mot⁹ a-
nimi transitorius operanti deo ineē
credatur Nec defuerunt qui duo is-
ta verba fecerunt me ⁊ finxerunt me
sic distinguerent vt aiām deum fecis
se corpus autem finxisse dicerēt : qꝛ
de anima dixit . omnem flatum ego
feci. de corpore autem legitur ⁊ finx
it deus hominē de puluere terre tā-
q̄m fiat omne qđ fingitur. non tamē
fingatur omne qđ fit: ⁊ ideo animaȝ
factam pocius dicunt esse q̄m fictaȝ
qꝛ non ē corpus sed sp̄us :quasi non
scriptum sit qui finxit spiritū homi-
nis in ip̄o Verūptamē quando vtrū
q̄ȝ hoc v̄bum de homine in loco vno
ponitur .⁊ vtrumq̄ȝ hōis id est ⁊ aiā
⁊ corpus diuinitus conditū non ne
gatur : nō ineleganter distribuūtur
singulis singula .vt anima fcā corp⁹
āt fictū intelligatur. siue formatū si-
ue plasmatū. Nam q̇dam interp̄tes
noluerūt dicē finxerūt sed plasmaue
runt me: magꝫ diligentes min⁹ latine
declinaē ĭ greco q̄ȝ dicere finxerīt .qđ
aliquando eciā dissimulatoē dici so-
let. Sed vtrū hoc scđm adam dictuȝ
ē ex quo cū sint omnes homines ꝓ-
pagati. quis hominuȝ qñ ille factus
est eciā se factum nō p̄t dicē originis

seminisqꝫ ratione: An eciam scđꝫ hoc recte dici potuit man⁹ tue fecerꝰt me ⁊ plasmauerunt me. qꝛ vnusqſqꝫ non sine ope dei eciam de ꝑntibus fit ipo creante illis generantibꝫ: Quoniam si opatoria dei potencia rebꝫ subtrahatur intereunt nec aliquid omnino siue de mūdi elementis. siue de genitoribus. siue de seminibus nascitur si ea non opetur deus: propter qđ ait prophete iheremie. priusqꝫ te formarem in vtero noui te Sed nūquid sine intellectu fecit hominem de⁹. siue primum siue vnūquēqꝫ nascentium vt nunc dicat ei manus tue fecerꝰt me ⁊ plasmauerunt me da michi intellectum: Nonne ipi nature humane intellectus est inditus vt eo discernat² a pecore: Aut sic est deformata peccando vt eciam hoc in ea reformandum sit: Propter quod apostol⁹ ōnibus ad regenerationem pertinentibus dicit. renouamini spiritu mentis vestre: ⁊ vtiqꝫ intellectus in mente est Hinc rursus ait renouamini in nouitate mentis vestre De hijs autē que hui⁹ regenerationis cōsortes n̄ erunt hꝫ inquit dico ⁊ testificor in domino. vt non iam ambuletis sicut et gentes ambulāt in vanitate mentis sue obscurati intelligentia: alienati a via dei per ignorantiam que est in illis propter cecitatem cordis eorum Propter hos igitur interiores oculos quorum cecitas est non intelligere vt apiantur ⁊ magis magisqꝫ serenentur fide mundentur corda Quāuis enim nisi aliquit intelligat nemo possit credere in deum: tn̄ ipsa fide q̄ credit sanatur vt intelligat ampliora Alia sunt enim que nisi intelligantur non credim⁹: ⁊ alia sunt que nisi credamus non intelligimus Nā cum fides sit ex auditu auditus aūt ꝑ verbum dei. quō credit ꝑdicanti fidē qui vt alia taceam linguam ipam quā loquitur non intelligit: Sed nisi essent rursus aliqua que intelligere nō possumus nisi ante credamus: propheta non diceret. nisi credideritis nō intelligetis Proficit ergo noster intellect⁹ que credat ⁊ fides ꝓficit ad credenda que intelligat ⁊ eadem ipsa vt magis magisqꝫ intelligantur in ipso intellectu ꝓficit mens sed hoc nō fit ꝓprijs tanqꝫ naturalibꝫ viribꝫ. sꝫ deo adiuuante atqꝫ donante: sicut medicina fit nō natura. vt viciat⁹ oculus vim cernēdi recipiat Qui ergo dicit deo da michi intellectū vt discā mandata tua. nō ōnino expꝫs eius ē velut pecus: nec ita q̄uis hō vt in eoꝝ numero deputand⁹ sit. q̇ ambulāt in vanitate mētis sue obscurati intelligentia. alienati a via dei Nā si talis esset nec hoc diceret Nō āt pui est intellectus nosse a q̊ poscend⁹ ē intellect⁹ et cogitandū ē quāto sint alci⁹ intelligēda diuina mādata qn̄ ad ea discenda sibi adhuc dari intellectū petit q̇ iam sic intelligit ⁊ q̇ eloquia đi se custodisse añ iā dixit Qꝫ āt interpretati st̄ n̄ri da m̄ intellectū. breui⁹ dixit grecus sinetisonime qꝛ vno v̄bo cōplex⁹ ē da m̄ intellectū qđ ē sinetison qđ latino vno v̄bo dici nō p̄t tanqꝫ si nō posset latine dici sana me. ⁊ dicētur da m̄ sanitatē sicut hꝫ dictū ē da m̄ intellectuꝫ aut sanū me fac. sicut hic dici p̄t intelligētem me fac qđ quidē potuit ⁊ angel⁹ facere nā dixit danieli. veni intellectū dare tibi: ⁊ hꝫ v̄bū ē in greco qđ eciā hic est sinetisese. tanqꝫ si dicēt latinus sanitatē dare tibi qđ grec⁹ dicēt sanare te Nō enim circūloqueretur latin⁹ interpres dicendo intellectum dare tibi: sed quemadmodū dici potest a sanitate sanare te. ita dici pos-

fit ab intellectu intellectuare te Sed
si potest hoc et angelus facere. quid est
quod iste hoc a deo sibi poscit vt faciat?
An quia deus angelo iusserat vt fa-
ceret? Ita vere. nam xpūs intelligit
hoc iussisse angelo vt faceret eo loco
vbi ait propheta et factū est cum vi-
derem ego daniel visū et querebam
intellectum. et ecce stetit in cōspectu me
o vt visus viri. et audiui vocem viri
inter vlay. et vocauit et dixit. fac itel-
ligere illum visionem: et ibi in greco
verbū hoc est quod et hic. id est sine-
tison Deus itaque per seipm quia lux
est illuminat pias mentes: vt ea que
diuina dicuntur vel ostendūtur intel
ligant Sed si ad hoc ministro vtitur
angelo: potest quidem aliquid age-
re angelus in mente hōis vt capiat
lucem dei. et per hanc intelligat Sed
ita dicitur intellectum dare hōi. et quasi
vt ita dicam intellectuare hoiēm quē
admodum quisquam dicitur lucē dare
domui vel illuminare domū cui fenes
tram facit. cū eam nō sua luce pene-
tret et illustret: sed tātūmodo aditū
quo penetret atque illustretur apiat
Sed nec sol qui per fenestram illus-
trat domū ipē creauit eandē domū
aut hoiēm qui fenestram fecit in do
mo. aut ipē illi iussit vt faceret aut ad
iuuit ipe facientem: aut aliquid egit
vt apiretur qua suum lumen infun-
deret Deꝰ aūt et hōis mentem racio
nabilem atque intellectualem fecit que
posset cape nomen eiꝰ. et angelū talē
fecit qui opari posset aliqd vnde ad
capiendum lumen dei mens adiuua
retur humana. et eandem sic adiuuat
mentem vt angelicam recipiat opa-
tionem: et eam sic illuminat de seipo
vt nō solum illa que a veritate mon
strantur. sed ipam quoque pficiendo
pspiciat veritatem Sed qm res qui
dem necessarias quātū existimo ta
men plixa disputatione tractauimꝰ
dilatis sequentibus psalmi huiꝰ ver
sibus sermonem istum isto fine clau
damus

Explicit sermo decimusoctauus In
cipit xix.

DE vsu psalmi Qui timent te
videbūt me et iocūdabuntur
vsque ad fiat cor meum immaculatū
in tuis iustificationibus vt non con
fundar Dñs ihūs in hoc psalmo per
prophetam tanquam sibi petiuit intel-
lectum dari a deo. et corpori suo qd
est ecclesia ad dei mandata discenda
Cum ipo enim vita corporis eꝰ hoc
est populi eius abscondita est in deo
et ipe in eodem corpore suo indigen
tiam patitur. et poscit quod mēbris
suis est necessarium Manus tue in
quit fecerunt me et plasmauerūt me
da michi intellectum vt discam man
data tua Quia tu inqt formasti me.
tu reforma: vt fiat in corpore xpi qd
ait apostolus reformamini in noui
tate mentis vestre Qui timent te in
quit videbunt me et iocūdabuntur vel
sicut habent alij codices letabuntur
Quia in verba tua speraui id est in
ea que pmisisti. vt sint pmissionis fi
lij semen abrahe in quo bñdicuntur om
nes gentes Qui sunt aūt qui timēt de
um et quē videbūt et letabūtur qm in
vba dei spauit? Si corpꝰ xpi ē id est
eccla cuiꝰ ē vox ista p xpm vel in ipa
et de se ipa tanquam de seipo ista vox xpi
est. nūquid non ipi sunt in eis qui ti-
ment deū? Quis ē ergo ille quē vident et
iocūdabuntur? An ppls ipe se videt
et iocūdatur? Et sic dcm̄ ē quod timēt te vi
debūt me et letabuntur quia in vba tua
spaui. vel sicut alij diligentiꝰ expssert
supspaui: tanquam dicēt. qui timent te
videbunt ecclesiam tuam et iocunda

buntur qꝛ in v̾ba tua supsperauit cũ ipi sint eccã qui vident ecclam ꝛ iocũdantur Sed cur nõ dixit q̄ timent te vident me ꝛ iocũdantur .sed timẽt te v̾bum pñtis tpis posuit . videbũt ãt ꝛ iocũdabũtur futuri tpis v̾ba sunt: An qꝛ in pñti tpe timor est ꝗdiu tẽptatio ẽ vita humana super terrã: Jocũditas aũt quã voluit hic intelligi tũc erit: qñ iusti fulgebũt ĩ regno patris sui sicut sol Hinc em̃ eciã illud in alio psalmo legitur: ꝗ multa multitudo dulcedinis tue dñe . quã abscondisti timentibꝫ te Nũc g̊ ꝗdiu timent nõdum vident .sed videbũt ꝛ iocũdabũtur: qꝛ ꝛ illic sequitur ꝑfecisti ãt sperantibꝫ in te . ꝛ h̾ qꝛ in v̾ba tua speraui vl' supsperaui vt in v̾bo ita cõposito ꝛ cura interꝑtis diligentioris expresso eciam illud intelligam⁹ ꝙ potens ẽ deus facere supra quã petim⁹ ꝛ intelligim⁹ : vt qꝛ supra quã petim⁹ ꝛ intelligimus sunt .parũ sit ea sperare .sed debeamus super spare Quia ergo adhuc timet eccl'a que in hac vita ẽ ꝛ nondũ se videt in eo regno vbi erit ei⁹ secura iocũditas .sed inter periculosas tẽptationes in h̾ mũdo laborat vbi audit .qui se putat stare caueat ne cadat .cõsiderans hui⁹ mortalitatꝫ miseriam in qua iugũ graue sup filios adam a die exitus de ventre matris eoꝝ .sic in omnibꝫ ꝑtenditur vsqꝫ in diem sepulture in matrẽ omniũ vt ꝓpter carnẽ ꝯcupiscentem adu̾sus spiritũ eciã regenerati gemere sb ei⁹ grauitate cogantur : h̾ g̊ cõsiderans Cognoui inq̃t dñe qꝛ iusticia iudicia tua . ꝛ in v̾itate tua humiliasti me Fiat miã tua vt consoletur me : scd̾ꝫ eloquiũ tuũ seruo tuo Misericordia ꝛ veritas ita dĩno eloquio ꝯmendantur : vt cũ in multis inueniantur locis .maxime in psalmis quo

dam eciam loco legantur vniu̾se vie domini miã ꝛ v̾itas Et hic quidem ꝓmo veritatem posuit qꝛ humiliati sumus in mortem . iudicante illo cui⁹ iudicia iusticia ẽ .deinde miã qua instauramur ad vitã . ꝓmittẽte illo c⁹ bñficium gracia est Jdõ ait scd̾m eloquium tuũ seruo tuo : id est scd̾m qd̾ ꝓmisisti seruo tuo Siue ergo regeneratio qua h̾ in dei filios adoptamur siue fides ꝛ spes ꝛ caritas . que tria edificantur in nob̾ ꝗuis de miã dei veniant tñ in hac erũpnosa ꝛ procellosa vita solacia sunt miseroꝝ nõ gaudia btõrum : idõ dictum ẽ fiat miã tua vt cõsoletur me Sed qꝛ post hec ꝛ per h̾ eciam illa ventura st̾ : idõ sequitur Veniãt m̃ miserationes tue vt viuam Tunc em̃ vere viuã : qñ nichil potero timere ne moriar Jpa em̃ et sine vllo additamẽto dicitur vita nec itelligitur n̾ eterna ꝛ btã tꝗm sola dicenda sit vita in cuius ꝯparatione ista quã ducim⁹ mors poci⁹ sit appellanda ꝗ vita : q̃le illud est in euangelio si vis venire ad vitam serua mandata Nũquid addidit eternã l' btãm: Jtẽ de resurrectione carnis cũ loqueret' qui bñ fecerunt inquit in resurrectionem vite Neqꝫ hic ait eterne seu beate Sic ꝛ hic . veniant inq̃t michi miserationes tue et viuam Neqꝫ h̾ ait in eternũ viuam vel beate viuã : quasi aliud nõ sit viuere ꝗ sine vllo fine ꝛ sine vlla miseria viuere Sed h̾ quo merito : Quia lex inquit tua meditatio mea ẽ Hec meditatio nisi eẽt in fide que per dilectionẽ opatur : nũꝗm ꝓpter eam posset ad illam vitã quispiam ꝑuenire Hoc dicendũ putaui ne quisq̃m cũ totam legem memorie mãdauerit eamqꝫ creberrima recordatione cantauerit non tacens qd̾ ꝑcepit nec tñ viuens vt ꝑcepit arbitre

tur se fecisse qd legit quia lex tua me ditatio mea est. et hinc se adepturum existimet qd vbis superioribus ppt hoc meritum postulauit vbi dictum est veniat sup me miserationes tue vt viuã. Hec meditatio amãtis e cogitatio. et tm amãtis vt caritas non frigescat huius meditatiõis sue q talibet habũdãtia cõstipetur iniquitatis aliene. Deniq sequtur et dicit. Cõfundãtur supbi quoniã iniuste iniqtatem fecerũt in me. ego autẽ exercebor in mãdatis tuis. Ecce qd ait meditatio legis dei vel poti9 meditatio lex dei. Cõuertãtur inquit ad me q timẽt te. et q cognoscũt testimonia tua. In nõnullis codicibus inuenimus et grecis et latinis cõuertãtur michi. qd tãtũdem valere existimo qtũ si dicatur ad me. Sed qs e iste qui hoc dicit? Nõ em qsq hoim hoc dicere audebit. aut si dicat audiendus est. Nimirũ ergo ille est qui eciã superius interposuit ppietatẽ vocis sue dicẽs. pticeps ego sum omniũ timẽtiũ te: quia factus est perticeps mortalitatis nostre. vt et nos pticipes diuinitatis ipsi9 fieremus. Nos vnius pticipes ad vitam. ad mortẽ vero pticeps ille multorum: Ipse est em ad quem cõuertũtur timẽtes deũ. et qui cognoscũt dei testimonia de illo p pphetas tãto ante predicta in eius presentia per miracula paulo añ mõstrata: Fiat inqt cor meũ immaculatũ in tuis iustificatiõib9 vt nõ cõfundar. Redit ad vocẽ corpis sui sancti scilicet populi sui. et imaculatũ fieri cor suũ pcat. hoc est cor mẽbror suor in iustificatiõib9 dei nõ in viribus eorum: Poposcit em hoc nõ psumit. Quod aũt addidit vt nõ cõfundar. tale aliquid et in primis hui9 psalmi vbib9 inueit vbi dixit. vtinã dirigãtur vie mee ad custodiẽdas iustificatioẽs tuas. tũc nõ cõfundar dũ inspitio in oia mandata tua. Qd ibi qa dixit vtinã. vno verbo significauit optãtis. hoc isto loco aptioribus vbis expssit orãtis dicẽdo fiat cor meũ immaculatũ. vt nec in illa nec i ista sentẽcia q vtraq vna e. inueniatur audacia de libero arbitrio cõtra grãm cõfidẽtis: Qd ãt ait ibi tũc nõ confundar. hoc ait h vt nõ cõfundar. Fiat g cor meũ imaculatum mẽbrorum et corporis xpi grã dei p ipm corpis caput hoc est p ihesum xpristum dñm nostrum. per regenerationis lauachrum vbi abolita sunt omnia preterita peccata nostra p spiritus adiutoriũ p qd cõcupiscimus aduersus carnẽ ne vicamur in pugna nostra p dominice orõnis affectum in qua dicimus. dimitte nobis debita nostra. ita donata nobis regeneratione. adiuta confessione fusa precatione fit cor nrm immaculatum vt nõ cõfundamur. qa et hoc ad iustificatioẽs dei ptinet quãdo inter eius alia precepta precipitur dimittite et dimittetur vob. date et dabitur vobis:

Explicit sermo decimusnonus. Incipit sermo vicesimus de versu psalmi. defecit in salutare tuũ anima mea. vsq ad scõm miãm tuã viuifica me. et custodiam testimonia oris tui:

Adiuuante dño istam magni huius psalmi ptem confiderãdam exponẽdam q suscepimus. vbi dicit. Defecit in salutare tuũ anima mea et in vbum tuũ speraui. Nõ omnis defectus vel culpe putãdus est esse vel pene. est eciã defect9 laudabilis vel optabilis: Nã cũ sint

inter se duo ista cõtraria ꝓficere et
deficere. vsitatius profectus in bo
no accipit᷑. defect⁹ in malo. quãdo
nõ additur vel subintelligitur in q̇d
proficiatur vel deficiatur. cũ vero
additur. potest ⁊ malũ esse proficẽ.
bonũ qꝫ deficere Apte quippe dixit
apostolus. ꝓfanas autem v̇boꝝ
nouitates euita multũ em̃ profici-
ent ad impietatem. ait ⁊ de q̇busdã
ꝓficiẽt in peius Ita ⁊ defect⁹ a bo
no in malũ malus est. a malo in bo
nũ bonus est. Bono q̇ppe defectu
dictũ est. desiderat ⁊ deficit anima
mea in atria dñi. sic ⁊ hic nõ ait defe
cit a salutari tuo. sed deficit in salu-
tare tuũ anima mea: Bonus est er
go iste defectus. indicat em̃ deside
riũ boni nõdũ q̇dẽ adepti sed auidis
sime ac vehemẽtissime cõcupiti: Sꝫ
q̇s hoc dicit. nisi genus electũ rega-
le sacerdotiũ gens sancta ppl's acq̇
sitiõis: Ab origine generis hũani vs
qꝫ ad huius scl'i finem in eis qui suo
q̇sqꝫ tempe hic vixerũt viuũt victu-
ri sunt. desiderãt xp̃m teste sanctissi
mo sene symeone. qui cũ eum ĩfan
tem accepisset in manus. dixit. nũc
dimittis dñe seruũ tuũ scd̃m v̇bum
tuũ in pace. quoniã viderunt oculi
mei salutare tuũ. Acceperat em̃ r̃nsuꝫ
diuinũ. nõ se gustaturum mortem
doñc videret xp̃m dñi: Quale autẽ
desiderium fuit in isto sene. tale fu
isse credẽdũ est in õib⁹ supioꝝ tpm
sanctis Vñ ⁊ ipe dñs discipulis ait.
multi ꝓphete ⁊ reges voluerũt vidẽ
q̄ vos videtis ⁊ nõ viderũt. ⁊ audiẽ
q̄ auditis ⁊ nõ audierũt. vt ipoꝝ eci
am vox hoc loco agnoscatur. defe-
cit in salutarẽ tuũ aĩã mea: Nec tunc
q̇euit h̾ desideriũ scõꝝ. nec nũc q̇es
cit in xp̃i corpe qd̃ est eccl'a vsqꝫ ad
t̃minũ seculi. doñc veiat desiderat⁹
cũctis gẽtib⁹ sicꝫ ꝓmittit᷑ p̱ ꝓphetã.
ꝓpter qd̃ dicit apl's. Supest michi
corona iusticie quã reddet m̃ dñs in
illa die iust⁹ iudex. nõ solũ ãt michi.
sꝫ ⁊ oib⁹ q̇ diligũt mãifestatioẽm e⁹
Hoc itaqꝫ desideriũ de q̊ nũc agim⁹
de dilcõne cõsurgit mãifestationis
eius. de qua itẽ dicit Cũ xp̃s appa-
ruerit vita vestra tũc ⁊ vos cũ illo
appebitis in gl'a Prima em̃ tp̃a ec-
clesie añ v̇gis ptũ scõs habuerũt q̇
desiderarẽt incarnationis ei⁹ aduẽ
tũ. ista vero tp̃a ex q̊ ascẽdit in celũ
scõs hñt q̇ desiderẽt ei⁹ mãifestatio
nẽ ad viuos ⁊ mortuos iudicãdos
Neqꝫ hoc eccl'e desideriũ ab inicio
vsqꝫ in finẽ seculi reqeuit aliq̄tũ. nisi
q̄ diu hic cũ discipulis in carne ver-
satus ẽ. vt totius corpis xp̃i in hac
vita gemẽtis cõuenĩeter intelligat᷑.
defecit in salutare tuũ aĩa mea ⁊ in
v̇bũ tuũ speraui. hoc ẽ in ꝓmissum
quẽ spes facit. vt p̱ paciẽtiã expecte
tur qd̃ a credẽtib⁹ nõ videt᷑ Eciã hic
grecus illud v̇bũ hẽt qd̃ q̇dã nr̃i int
ptes supspaui trãsferre maluerunt.
q̇a pculdubio plus futuꝝ est q̄ dici
pt. Defecerũt inq̇t oculi mei in elo
q̇ũ tuũ dicẽtes Qñ cõsolaberis me.
Ecce rursus in oculis sꝫ vtiqꝫ interi
orib⁹ laudabilis ⁊ felix ille defectus
nõ veniẽs ex infirmitate animi sed
ex fortitudiẽ desiderij in ꝓmissum
dei Hoc em̃ ait ĩ eloquiũ tuũ: Quõ
ãt tales oculi dicũt qñ cõsolaberis
me. nisi cũ tali intẽtiõe ⁊ expectatio
ne oratur ⁊ gemitur: Lingua em̃ lo
qui nõ oculi solẽt. sꝫ ocl'oꝝ q̇dãmõ
vox est desideriũ orõnis Vex in eo
qd̃ ait qñ cõsolaberis me. tãqꝫ orassꝫ
ppetim oñdit. vñ ẽ eciã illõ ⁊ tu dñe
quousqꝫ. quod aut ideo fit vt dulci
or veniat dilata iocunditas. aut iste
sensus est desiderantium cũ ĩ spacõ

tpis eciã qđ subueniẽti breue ẽ lõgũ
est amãti Nouit ãt dñs qđ quando
faciat. q in mẽsura ⁊ numero ⁊ pon
dere cũcta dispõit: Ardẽtib⁹ ãt spũa
lib⁹ desiderijs carnalia desideria sine
dubitatiõe frigescũt. ꝓpter hoc seq̄
Qm fact⁹ sum tãq̃ vter in pruina
iustificatiões tuas nõ sum oblitus.
Nimiꝝ em̃ ꝑ vtrẽ carnẽ mortis hui
us.ꝑ pruinã ṽo celeste bñficiũ vult
intelligi q̊ carnis cõcupiscẽtie velut
frigore cohibẽte torpescũt. ⁊ fit hinc
vt iustificatiões dei de meõria non
labãtur dũ nõ cogitatur aliũde. qm̃
fit qđ ait apl's carnis ꝓuidẽtiã ne fe
ceritꝭ in cõcupiscẽtijs Ideo cũ dixis
set qm̃ fact⁹ sum tq̃ vter in pruina.
subiecit. iustificatiões tuas nõ sum
oblit⁹. hoc est ideo nõ sum oblitus.
qm̃ talis fact⁹ sum Feruor em̃ cupi
ditatis obtorpuit vt feruẽt meõria
caritatis Quot sunt dies serui tui
qñ facies de ꝑsequẽtib⁹ me iudiciũ?
In apocalipsi ẽ ista vox martiꝝ. et
eis imperatur paciẽtia doẽc fratrũ
eoꝝ numerus impleatur. De dieb⁹
ergo suis interrogat corp⁹ xp̄i q fu-
turi sunt in hoc seculo. ⁊ ne q̃sq̃ pu-
taẽt ante hic eccl'am nõ futurã q̃ fi-
nis seculi veniret. ⁊ aliq̊ tpis futuꝝ
in h̊ seculo q̊ eccl'a iã nõ fit in terris:
ꝓptẽa cũ quesisset de diebus suis ad
iũxit eciã de iudicio. ꝓfecto demon
strãs vsq̃ ad iudiciũ in quo de ꝑsecu
torib⁹ ei⁹ ẽ futura vindicta ipsam q̊z
in terris futurã Si ãt queq̃ mouet
cur querat qđ cũ discipuli q̃rerẽt ma
gister rñdit. nõ ẽ vr̃m scire tpa q̊ pr̄
posuit in sua ptãte. cur nõ credam⁹
isto loco psalmi hui⁹ ẽe ꝓphetatum
hipm illos fuisse q̃situros. ⁊ ecclesie
tūt. cadūt. Quādo em̄ tales patiū²
huiusmodi pressuras. nō valent to
lerare. decidūt in iniq̄tates malas.
quia tradūtur a desiderio suo pecca
tori: Vir linguosus non diriget²
sup̄ terram: Vir linguosus amat
mendatia Quid em̄ illi est voluptas
nisi loqui? Nō em̄ attēdit quid loq̄²
dum loquitur: non potest fieri vt is
te dirigatur: Qualis esse debet ser-
uus dei. accensus illis carbonibus.
ꝛ ipse carbo salutaris effectus qua
lis esse debet? Vt magis optet audi
re qm̄ dicere. sicut scriptum est. sit-
autem omnis homo velox ad au-
diendum tardus autem ad loquen
dum. ꝛ si fieri potest hoc cupiat. nō
habere necessitatem loquendi ꝛ di-
cendi ꝛ docendi. Ecce enim dico ca
ritati vestre fratres mei. loquimur
nos modo ad vos. vt aliquid do-
ceamus vos. Q̄to melius omnes
sciremus vt nemo doceret alterum
vt non esset alius loquens alius au

dićs. sed oms audiētes vnū illū cui dicitur. auditui meo dabis gaudiuz ꝛ leticiam? Vnde ꝛ ille iohānes non tam gaudebat qa predicabat ꝛ quia loqbatur. sed gaudebat qa audiebꝫ ait em̄. amicus āt spōsi stat ꝛ audit eū. ꝛ gaudio gaudet ꝓpter vocē spō si: Itaqꝫ frēs cito dixerim caritati vestre. vbi vnusqsqꝫ ꝓbet se n̄ vt loq tur sed vt de illo locutiōis officium exigatur. gaudium aūt taciturnita tis intus habet in voluptate. vocez doctrine in necessitate Quādo em̄ opus est voce doctrine? Quādo pa teris imperitum. qn̄ pateris indoc tum. Si semper delectat te docere. semp vis habere imperitum quem doceas Si aūt beniuolus s ꝛ vis oms doctos esse. nō vis semp habē quos doceas ꝛ nō erit in voluntate exercitatio vel ꝓbatio doctrine tue sed in necessitate Gaudiū tibi sit i au ditiōe dei. necessitas tibi sit i locutio ne tua. ꝛ nō eris vir linguosus ne n̄ dirigaris Quare vis loqui. audire nō vis? Semp foras exis. intro re dire detrectas: Quod em̄ te docet i tus est. quādo doces tꝗ̄ foras exis ad eos q foris sunt Ab interiore em̄ audiuimꝰ veritatem. ꝛ ad eos q fo ris a nostro corde sunt loquimur: ꝙ em̄ dicimur eos in corde habere de quibus cogitamus. scdm ymagi nem quādā. dicimꝰ quam de illis ha bemus inpressam. Nam si ōnino in tus ipsi essent. scirēt vtiqꝫ qd in cor de nostro eēt. atqꝫ ita vt eis loqre mur opus nō esset: Si aūt hoc te de lectat qd foris agis. vide ne tumes cas foris ꝛ nō possis redire ꝑ āgus tum. ꝛ non possit tibi dicere deus tuus intra in gaudium domini tui. sed dicat tibi quia forinsecus eāt qd amasti. ligate ei manus ꝛ pedes et mittite eum in tenebras exterioēs: Vbi em̄ ostendit malū esse mitti ex terius. ibi ostendit bonum esse in trasse interius Nam seruo bono qd dixit? Intra in gaudium domini tui. malo aūt seruo. ꝓicite eū i tenebras exteriores. Non ergo amemꝰ ma gis exteriora sed interiora. De inte rioribus gaudeamus. in exteriori bus aūt necessitatem habeamus n̄ volūtatem: Vir linguosus nō diri gitur sup terram. Virū iniustum mala venabūtur in interitum: Veni unt mala ꝛ nō subsistit. ideo dixit venabūtur in interitum Multis ei bonis multis iustis euenerūt ma la. ꝛ tanqꝫ inuenerūt eos mala: Nā ideo dixit venabūtur. quia vnusqs qꝫ abscōdere se vult a malo. sed cum inuenitur a malo quasi factus est in venatione. Numquid autē soli ma li fugiūt a malis. quādo querūtur a malis? Nonne ꝛ bonis dictum est. si vos ꝑsecuti fuerint in hac ciuitate fugite in aliam? Ergo quādo mali ꝑ sequebantur bonos id est martires nostros. cum eos comprehenderēt. venati sunt eos. sed nō ad interituz: Pressa est enim caro coronata est a nima. ꝛ eiecta anima de carne. nec carni aliquid factum est quod obes set in posterum. Incensa sit caro ꝑ cussa sit caro laniata sit caro. num quid ideo subtracta est creatori. qa data est in manus persecutoris? Ille qui creauit ex eo quod nō erat. non reparabit melius ꝗ̄ erat? Er go quandocumqꝫ capti sunt isti. ve nati sunt quidem illos mali. sed non ad interitum. at vero illi qui non dirigentur. ꝛ linguosi sunt. ma la eos venabuntur ad interitum:

Quare? Quia in miseris nõ subsis-
tent: Cognoui quia faciet domi-
nus iudicium egẽtis: Egẽs iste non
est linguosus: Qui em̃ linguosus ẽ.
habũdare vult. esurire nescit: Illi ãt
egẽtes sunt q̇bus dicit. pulsate ⁊ a-
perietur vobis. querite ⁊ inuenietꝭ.
petite ⁊ dabitur vobis: Ille egẽs ẽ
de quo dicitur. beati qui esuriunt ⁊
sitiũt iusticiam qm̃ ipsi saturabũtur
Gemũt inter scandala malorum. ipi
precantur ad caput suũ vt eruãtur
ab homine malo. ⁊ ab homine ma-
ligno liberẽtur. ⁊ de manibus iius-
torum eruantur: Ipsi ergo sunt q̊ꝝ
causam dominus non negliget. ⁊ si
modo pressuras patiũtur. appebit
gloria ipsorum cum apparuerit ca
put ipsorum: Talibus em̃ hic cõsti-
tutis dicitur mortui estis ⁊ vita ves
tra abscõdita est cum xp̃o in deo
Ergo paupes sumus. abscõdita est
vita nostra. clamemus ad panem-
Est em̃ panis viuus qui de celo des
cendit. ⁊ qui in via reficit nos. in pa
tria saturabit nos: Modo em̃ vt
duremus reficimur. Nam necesse
est esuriamus quoadusq; satiemur:
Cognoui quia faciet dominus iudi
cium egentis: Certus erat iste qm̃
faciet dñs iudicium egentis: Et
causam pauperum: Ostendit iniq̇s
quomodo diligit iustos suos. ostẽ
dit diuitibus quomodo diligit pau
peres suos: Diuites dixi superbos
paupes dixi humiles. diuites dixi p
habũdãtiam nõ querẽtes. paupes
dixi p desiderium suspirãtes. faciet
dominus causam ipsorum: Ve-
rumptamen iusti confitebũtur nõ-
mini tuo: Et quãdo agis causam ip
sorum. ⁊ quãdo facis iudiciũ ipoꝝ.
tuo nomini cõfitebuntur. Meritis
suis nichil tribuũt. nõ tribuẽt totũ
nisi misericordie tue: Verumptamẽ
iusti confitebũtur nomini tuo: Et
q̇a iusti cõfitebuntur nomini tuo vt
q̇tumcũq; iusti fuerint nichil sibi as
sumãt de suo. nichil sibi tribuant de
suo. Quid fiet vt dirigant cor? Quia
quãdo ad se flectũt torquẽt cor. qñ
autem ad dñm intendũt dirigũt cor
Et vbi erit voluptas vbi reqes. vbi
gaudium. vbi beatitudo? Numq̇d i
se? Non. sed in quo sunt lux. nũc ãt
lux i domino dixit: Ideo vide quid
sequitur. vide quo concludit: In
habitabũt recti cũ vultu tuo: Male
ãt illis fuit in vultu suo. bene illis e-
rit cum vultu tuo: Quãdo vultum
suum amauerũt. in sudore vultꝰ sui
panem suum mãducauerũt. Rede
ant. ⁊ deterso sudore finitis labori-
bus pereũte gemitu. veniet illis fa
cies tua habũdans sufficiẽtia Nich
il querent amplius. quia melius nõ
habent. amplius nõ te deserẽt. ne de
serãtur a te: Et ei post resurrectioẽ
de domiõ q̇d dictũ est? Adimplebis
me leticia cum vultu tuo: Sine vul
tu suo nõ nobis daret leticiam. Ad
hoc purgamus vultum nostrum vt
gaudeamus ad vultum ipsius Filij
em̃ dei sumus. ⁊ nõdum apparuit
quid erimus. scimus q̇a cũ apparue
rit similes ei erimus quoniam vide
bimus eũ sicuti est. quia inhabitabẽ
recti cum vultu tuo Putamꝰ ne cũ
vultu patris ⁊ nõ cũ vultu filij. an cũ
vultu filij ⁊ nõ cũ vultu patris? An
vnus quodãmodo vultus patris ⁊
filij ⁊ spũs sancti? Videamus si nõ
nobis ipse filius pmittit vultum su
um. vnde nos letos faciet. Modo
hoc capitulum in euangelio quod
huic psalmo attestaretur dominus

inspirauit vt legeretur Ait em̄ ip̄e do
minus Qui audit p̄cepta mea ⁊ cus-
todit ea : ip̄e est qui diligit me : ⁊ q̇ di-
ligit me diligetur a patre meo ⁊ ego
diligam eū ⁊ oñdā illi meip̄m Quale
ꝓmisit p̄miū dilectissimi : Nūq̇d eū n̄
videbāt quib; se oñdere ꝓmittebat :
Nonne añ illos erat : Nonne facies
carnis illi⁹ adiacebat oculis eorum :
Quid est qd̄ volebat oñdere videnti
bus se : Sed q: talem videbant disci-
puli qualē crucifixerūt iudei : erat āt
de⁹ in carne illa occultus . hoiēm aūt
possent videre homines deū v̇o non
possent q̄ꝗuis in homine q: beati mū
do corde q̄m ip̄i deum videbūt . dedit
formā hōis ⁊ pijs ⁊ impijs . seruauit
formā dei mūdatis ⁊ pijs : vt iocūde
mur in illo ⁊ bene nobis ineternū sit
cū vultu ipius

Explicit p̄s c. xxxix. Incipit psalm⁹
centesim⁹ q̈dragesim⁹

Audistis frēs āmonitionez
et petitionem nrām ex ore
apostoli cū ei⁹ modo ep̄la
legeretur Ait em̄ orōi instantes vigi
lantes in illa : orantes simul ⁊ ꝓ nob
vt deus apiat nobis ostiū v̇bi ad lo-
quendum misteriū ei⁹ vt manifestē
illud sicut oportet me loqui Hec ver
ba eciā mea deputaē dignamini Sūt
em̄ in scripturis sanctis ꝓfunda mis
teria que ad h̊ absconduntur ne viles-
cant . ad hoc q̄runtur vt exerceant ad
hoc apiuntur vt pascāt Psalm⁹ quē
modo cantauimus in multis senten
cijs subobscur⁹ est : cū adiuuāte dn̄o
ea que dicta sunt erui ⁊ expōi cepint
videbitis hoc vos audire qd̄ iā noue
ratis Sed iō multipliciter dicta sunt
vt varietas locutionis fastidiū tolle
ret veritatis Quid em̄ ampli⁹ frēs ł
salubri⁹ audituri ⁊ cogituri estis q̄ꝫ
diliges dn̄m deū tuum ex toto corde
tuo ⁊ ex tota aiā tua ⁊ ex tota mente
tua ⁊ diliges ꝓximū tuū tanq̄ꝫ te ip̄z :
Sed ne puteris hec duo p̄cepta par
ua esse : in hijs duobus preceptis to
ta lex pendet ⁊ ꝓphete ¶ Quicq̇t er-
go salubriter mente cōcipitur vł ore
ꝓfertur vel de qualibet diuina pagi-
na exsculpitur nō habet finē nisi cari
tatem Hec āt caritas nō qualiscūq̄ꝫ
est Nā ⁊ male viuentes irretiūt² sibi
societate p̄dite cōscientie ⁊ dicunt a-
mare se nolle discedere ab inuicē suis
collocutionib; conciliari : desiderare
se absentes gaudere ad p̄n̄ciam suā .
Amor iste tartareus est : viscū habet
quo deiciat in ꝓfundum . nō pēnas
quib; leuet in celū Que est aūt cari-
tas vt a ceteris que appellātur cari-
tates segregetur ⁊ distinguatur : Ea
que caritas dicitur vera cristianorū
a paulo diffinita est atq̄ꝫ ita suis qui
busdam terminis circūscripta cū sit
diuinitate infinita : vt ōimō discerna
tur a ceteris Finis inq̇t p̄cepti ē cari
tas posset huc vsq̄ꝫ dicere : nam alijs
locis vbi tanq̄m scientibus loq̄batur
hucusq̄ꝫ dixit plenitudo inquit legis
caritas ⁊ nō dixit qualis caritas Idō
alibi nō dixit . q: dixit alibi Nō enim
vbiq̄ꝫ omnia dici aut p̄n̄t aut debent
Ergo h̄ plenitudo legis caritas Que
rebas forte que caritas qualis cari-
tas audi alio loco . finis p̄cepti est ca
ritas de corde puro Iā videte vtruz
inter se latrones habeant caritatem
de puro corde Purū cor in caritate .
hoc est qn̄ diligis hoiēm scd̄m deum
quia ⁊ teip̄m sic debes diligere vt nō
erret regula . diliges ꝓximū tuū tan
q̄m te ip̄m Si em̄ male te diligis ⁊ in
utiliter . ita et proximū diligēdo quid
ei consulis : Quō aūt te male diligis :
Quomō te inuenit scriptura que ne
minē palpet ⁊ cōuincit q: non te dili

gis: ymmo ꝯuincit q꞉ ꝛ odis te Qui aũt inquit diligit iniquitatẽ odit ani mam suã Si ergo diligis iniqtatem putans qd teipm diligas erras ita ꝛ sĩ primum diligas ad iniqtatem du ceres ꝛ dilectio tua laqus erit dilec- ti Caritas ergo de puro corde ẽ que est scdm deũ. ꝛ ꝯscientia bona ꝛ fide nõ ficta Ista caritas diffinita ab a- postolo habet duo pcepta: dilectio- nis dei et dilectiõis primi In nullis scripturis aliud inquiratꝫ: nemo vo bis aliud pcipiat Quicqd obscurum est in scriptura hec ibi occulta ẽ quic qd ibi planum est. hec ibi apta est Si nusqm aperta eẽt nõ te pasceret Si nusqm occulta nõ te exerceret Hec caritas clamat de corde puro de cor de taliũ in hijs vbis qualis h modo orat: et quis iste sit cito dixerim xps est Audituri em estis vba que de do mino nostro ihu cristo indigne acci piuntur: et putabit parũ intelligens temere me dixisse xpi eẽ personã in h psalmo Quõ em potest de dño nos- tro ihu cristo de illo agno imacula- to de illo in quo solo non est inuen- tum peccatũ. q solus verissime dice- re potuit ecce venit pnceps mũdi hu ius ꝛ in me nichil inueniet id est nul- lam culpam. nullũ reatũ qui sol9 qd non rapuit exsoluebat qui sol9 inno centem sanguinẽ fudit fili9 dei vnic9 carnẽ accipiens nõ qua ipe minuere tur. sꝫ qua nos augeret quõ ergo de ista psona recte accipitur pone dñe custodiam ori meo. ꝛ ostium ꝯtinen tie circa labia mea: vt ñ declines cor meum i vba maligna ad excusandas excusationes in peccatꝫ? Manifes- tissime quippe iste sensus ẽ Custodi dñe os meũ ianua quadã ꝛ ostio pre cepti tui: vt in vba maligna nõ decli- netur cor meum Que vba maligna?

Quibꝫ excusantur pccã Ne inqt pec cata mea malim excusare q̃ accusa- re Hec vba in ipm dñm nostrũ ihe- sum cristũ nõ cadunt Que enim ille pccã cõmisit. que cõfiteri poti9 q̃ de fendere debuisset? Nostra vba ista sunt certe cristus loquitur Si nrã v ba sunt quomõ cristus loquitur? Et vbi est caritas de qua loqbatur? Nes citis q꞉ ipa vnum nos fecit in cristo? Caritas clamat ad xpm de nobis: ca ritas clamat de cristo p nobis Quõ caritas ad cristũ de nobis? Et erit õ- nis qui inuocauerit nomẽ dñi salu9 erit Quõ caritas de xpo pro nobis? Saule saule quid me psequeris? Vos i quit apls estis corpus xpi. ꝛ mẽbra Si ergo ille caput nos corpus vnus homo loquitur: siue caput loquitur siue mẽbra. vnus xpũs loquitur Et capitis est pprium loqui eciam in p- sona mẽbrorum: ipam nrãm cõsue- tudinem aduertite. primo quomõ loq in mẽbris nostris nõ potest nisi ca- put Jam vo caput nostrũ quomo- do loquatur in psona omniũ mẽbro rum aduertite In angustia tibi pedẽ a liquis calcat: calcas me dicit caput Vulnerauit tibi aliquis manũ: vulne rasti me dicit caput Caput tuũ nul- lus tetigit sed loqtur vnitas cõpagi nis corporis tui Omniũ mẽbrorꝫ tu orum psonam illa q̃ in capite est lin- gua suscipit: ipa p omnibꝫ verb fun gitur Sic ergo audiam9 xpm loquẽ tem sed vnusquisqꝫ agnoscat ibi vo- cem suam tanq̃ herens in xpi corpe Aliqñ enim dictur9 est vba in quibꝫ null9 nrm inueniat psonã suã sed ad solum caput ptineat non se tñ sepat ex verbis nostris ꝛ ad sua ppria tol lit vel a suis proprijs non ad nostra redit de ipo em et de ecclesia dictum est erunt duo in carne vna Vñ ꝛ ipse

in euãgelio dicit de hac ipa re igitur
iam nõ sunt duo ȝ vna caro Hec no
ua nõ sunt. semper a nobis audita sẽ
sed per occasiones necẽ est ꝯmemo
rẽtur priõ qꝛ ipe scripture quas trac
tamus ita sibi sunt inexe vt multa in
multis repetãtur ⁊ vtile est Cura ei
mũdi spinas habet ⁊ offocat semina
oportet sepi⁹ a dño ꝯmemorari qđ
cogit mũdus obliuisci ¶ Psal.

Domine clamaui ad te exaudi
me Hoc oẽs possum⁹ dicere
hoc nõ dico totus xpũs dicit sed ma
gis ex persona corpis dictũ est qꝛ et
cũ hic eẽt carnẽ portans et orauit ex
psona corpis orauit ad patrem ⁊ cũ
oraret globi sanguinis de toto cor=
pore ei⁹ distillabant Sic scriptũ est
in euãgelio: orauit ihũs intenta ora
tione et sudauit sanguinẽ Quid ẽ de
toto corpe sanguinis effluxio. ñ de
tota eccľa martirum passio: Dñe cla
maui ad te exaudi me Intende vo
ci deprecationis mee dũ clamauero
ad te Jam finituȝ negociũ clamandi
putabas: cum diceres clamaui ad te
Clamasti: iam noli eẽ secur⁹ Si fini
ta est tribulatio finitus est clamor si
aũt manet tribulatio eccľe et corpis
cristi vsqȝ in finem seculi. nõ tãtũ di=
cat clamaui ad te exaudi me: sed intẽ
de voci depcationis mee dũ clama=
uero ad te Dirigatur oratio mea
sicut incensum in ꝯspectu tuo: eleua
tio manuũ mearum sacrificiũ vespti
num Hoc de ipo capite solere dici õ
nis xpianus agnoscit Declinãte em
iam die in vespm. dñs in cruce aiãm
deposuit receptur⁹ nõ amissurus in
uitus sed tñ et ibi nos figurati sum⁹
Quid em illi⁹ pependit in ligno nisi
qđ de nobis accepit: Et vñ fieri po=
test vt aliqñ de⁹ pater dimittat ⁊ de
serat vnicũ filiũ qui vtiqȝ cũ illo vn⁹
deus est: Et tñ nrãm infirmitatẽ fi=
gens in cruce vbi vet⁹ homo noster
sicut dicit aplš. cõfixus ẽ cruci cũ il=
lo ex voce ipi⁹ hõis nostri clamauit
deus me⁹ de⁹ meus vt quid me dere
liquisti: Illud ergo ẽ sacrificiũ vesp
tinum. passio cristi crux cristi: obla=
tio victime salutaris holocaustũ ac=
ceptum deo Illud sacrificiũ vespti=
num fecit ⁊ resurrectione mun⁹ ma
tutinũ Oratio ergo pure directa de
corde fideli tanqȝ de ara sancta surgit
incensum Nichil est ergo delectabili
us odore dñi: sic oleant õnes qui cre
dunt Vetus ergo hõ noster aposto
li ṽba sunt cõfixus est cruci cum illo
vt euacuaretur inquit corp⁹ peccati
vt vltra nõ seruiam⁹ peccato Jñ ⁊ i
ipo psalmo cũ dictum esset de⁹ me⁹
deus me⁹ vt quid dereliquisti me: lõ
ge a salute mea verba delictoꝝ meo=
rum statim subiectum ẽ Quoꝝ delic
torum si caput attendas: Et tñ eius
fuisse vocem in psalmo ipe testat⁹ ẽ
in cruce ipa verba dixit ipm ṽsuȝ p=
nunciauit Non ẽ relict⁹ humane cõ
iecture locus: Null⁹ negandi aditus
qualicũqȝ xpiano Qđ lego in psal=
mo hoc audio a dño: in ipo eciã ps⁹
agnosco qđ in euangelio lego Fode
runt manus meas ⁊ pedes meos di
numerauerũt oiã ossa mea: ipi vero
ꝯsiderauerunt ⁊ ꝯspexerunt me diui
serunt sibi vestimenta mea ⁊ sup ves
tem meã miserunt sortem Hec õnia
sicut pdicta ita facta: sicut audiuim⁹
ita ⁊ vidimus Ergo si dñs noster ihe
sus cristus nos figurans in caritate
corpis sui quis eẽt ipe sine peccato
dixit ṽba delictoꝝ meoꝝ dixit ãt hoc
ex persona corpis sui. quis audet in
mẽbris eius dicere nõ se habere pec=
catũ nisi qui se fuerit ausus false ius=
ticie nomine efferre et xpm falsitatꝫ

arguere? Fatere ergo o mēbrum qđ de te pnunciauit caput tuū: qđ vt fateamur. qđ vt faciamus nec nos iustificemus añ cōspectum solius iusti qui iustificat impiū Subiecit iā sui corpis vocem Pone dñe custodiā ori meo ⁊ ostium ɔtinentie circa labia mea Nō dixit claustrā ɔtinentie sed ostiū Ostiū apitur ⁊ clauditur Ergo si ostium ē ⁊ aperiatur ⁊ claudatur aperiatur ad confessionē peccati claudatur ad excusationē peccati Ita eñ erit ostium cōtinentie non ruine Quid eñ nobis pdest hoc ostiū cōtinentie? Quid orat ex psona corpis cristi? Et non declines inqt cor meum in vba maligna Quid ē cor meū? Cor eccle mee: cor vtiq corpis mei Verba illa attendite vbi nobis regula figitur. saule saule quid me psequeris? Cū ipm nemo tetigisset Esuriui ⁊ cibastis me: sitiui ⁊ potum dedistis michi Et cetera Et illi. qñ te vidimus esurientem aut sitientem? Et ille: cū vni ex minimis meis fecistis m fecistis Hec cristianis inusitata eē nō debent maxime in quib regule fixe sīt ⁊ ceterorum intelligendorū. et aut nō turbabūtur aut cito corrigentur Sicut ergo ibi dicturi sunt iusti dñe qre dixisti esuriui ⁊ dedistis michi mādūcare qñ te vidimus esurientē ⁊ ille responsurus est cū vni ex minimis meis fecistis m fecistis: sic ⁊ hic dicamus in cristo intus in interiore hoiē nostro q ibi per fidem habitare dignatur Non eñ absens est a nob ⁊ non est cui dicamus: cu ipe dicat ecce ego vobiscum sum vsq ad cōsummationem seculi Dicamus ergo illi ⁊ nos qñiam vocē eius in hoc psalmo accepimus: cuius eñ vox est qđ nemo negat eleuatio manuū mearū sacrificium vesptinū Dic ergo ɔsequēter. pone domine custodiam ori meo ⁊ ostium cōtinentie circa labia mea: vt nō declines cor meum in vba maligna

Ad excusandas excusationes in peccatis Quare sic oras dñe: Que peccata tua excusaturus es Respondit cū vnum ex mēbris meis sic orat. ego sic oro: sicut tibi respondi cū vni ex minimis meis fecistis m fecistis. Cū aūt nō declinatum fuerit cor tuū o mēbrum cristi cū cor tuū nō fuerit declinatum in vba maligna ad excusandas excusationes in peccatis cum hoibus opantibus iniquitatē ⁊ non ɔmunicabis cū electis eorū: hoc eñ sequitur. nō ɔbinabo cū electis eorū Qui sunt electi eorum? Qui seipos iustificant Qui sunt electi eorum? Qui sibi iusti videntur et contempnūt ceteros sicut pharizeus ille in tēplo dixit deus grās ago tibi q non sum sicut ceteri hoiēs Qui sunt electi eorum? Hic homo si pheta eēt: sciret q mulier illi accessit ad pedes Agnoscitis vocem alterius pharisei qui dñm īuitauerat qñ mulier que erat in ciuitate peccatrix. venit ⁊ accessit ad pedes eius Illa impudica quōdā frontosa ad fornicationem. frontosior ad salutē irrupit in domū alienam. s ille qui ibi discūbebat non erat alienus. non extranea qlibet cōuiuam. s ancilla dominū suū secuta ē: accessit ad pedes q eius vestigia sequi cupiebat: lauit lacrimis tersit capillis Pedes cristi qui sunt nisi per quos pagrauit totum mūdū? Quā speciosi pedes eorum qui annūciant pacem: qui annūciāt bona Pedes ergo domini quāti susceperunt vt suscipiendo iustū in nomine iusti mercedē iusti acciperent. ⁊ susceperunt phetam in nomiē pphete vt mercedem pphete acciperēt Et quicūq potum dederit inquit vni

ex minimis istis calicem aque frigi-
de tantũ in nomine discipuli: amẽ di
co vobis non perdet mercedẽ suam
Qui ergo tali humanitate pedes do
mini suscipit. quid impendit nisi que
habebat in domo supflua? Merito
q̄ capilli quasi superflui sunt: ĩn illa
pedes domini detergebat Supflua
tua necessaria fiunt tibi: si inde fuer
obsecutus pedibꝫ domini Ergo illa
curari volebat: ꝯscientia magni vul
neris Sed nũquid magnũ vulnus ꝛ
paruus medic9? Pharisei aũt nole-
bant se tangi ab imũdis. vitabãt om
nem cõtactum pccõꝝ ꝛ si quando
forte necessitate tãgebantur. ablue-
bant se ꝛ ꝓpe baptisabant p oẽs ho-
ras nõ tãtum se sed ꝛ vasa sua lectos
suos calices papsides: sicut dñs in e
uangelio cõmemorat Cum ergo ille
phariseus nosset hãc mulierem que
vtiqꝫ si ad pedes illi9 pharisei accede
ret repelleret eam: ne sanctitas eius
pollueretur habebat eñ eam in cor-
pore nõ in corde ꝛ q̄ nõ habebat eã
in corde vtiqꝫ falsam habebat in cor
pore: q̄ ergo ille eam repulsur9 esset
cũ hoc dñs nõ fecit existimauit eum
nescire q̃ illa eẽt: ꝛ dixit apud semet-
ipm hic si eẽt propheta sciret q̃ muli
er illi accessit ad pedes Nã dixit rep-
pulisset eam si sciret q̃ esset. tanq̃ eẽt
cõsequens si sciret repelleret Ex illo
ergo q̄ nõ eam reppulit: eciã nescis-
se eum ꝓ certo suspicatus ẽ Dñs aũt
sic habebat oculos in illa muliere vt
aures haberet in corde pharisei Ita
qꝫ audita cogitatione ei9 ꝓposuit si-
militudinem quã nostis Duo debito
res erant cuidã feneratori. vn9 ei de
bebat q̇ngentos denarios alter q̇nq̃
ginta Cũ non haberent ambo vnde
redderent: donauit ambobꝫ Quero
abs te inquit quis eũ plus dilexit Et
ille respondit iã coactus veritate ad
uersus seipm ꝓferre sentenciã: cre-
do inquit dñe q̄ ille cui plus donauit
Et ꝯuersus ad mulierem: dixit ad sy
monem Vides istã mulierẽ? Intro-
iui in domũ tuam. osculũ michi non
dedisti: illa aũt non intermisit pedes
meos osculari Aquã michi ad pedes
nõ dedisti: illa lacrimis suis lauit m
pedes Oleum michi non dedisti: illa
vnxit vnguento Propter qđ dico ti
bi: dimittuntur ei pccã multa qm̃ di
lexit multum Quare? Quia cõfessa ẽ
quia fleuit quia nõ declinatum ẽ cor
ei9 in verba maligna. ad excusandas
excusationes in peccatis: nõ combi
nata est cum electis eorum id est de-
fendentibus se Nõ eñ ꝛ huic mulie-
ri si declinaretur cor eius in vba ma
ligna deesset defensio pccõꝝ An si
cotidie pares ei9 in turpitudine sed
nõ pares in confessione meretrices
adultere flagiciose defendunt pecca
ta sua? Si latuerint negant. si aũt de
prehense atqꝫ cõuicte fuerint vl' pub
lice id egerint: defendũt. et q̃ facilis
defensio earũ q̃ cita sed q̃ pceps q̃m
cotidiana ꝛ q̃ sacrilega? O si de9 hoc
nollet nõ facerem: hoc voluit de9 for
tuna hoc voluit. hoc voluit fatũ Nõ
dixit ego dixi dñe miserere mei: non
quomõ illa peccatrix ad pedes medi
ci veniens sana aiãm meam qm̃ pec
caui tibi Et ista frẽs mei defensio q̃-
lium est? Non solũ indoctorũ sed e-
ciam doctoꝝ Sedent et cõputant sy
dera iterualla. cursus. volubilitates
status. mot9 intendũt. describũt cõ
iciunt. docti magni videntur: totum
hoc doctũ ꝛ magnũ. defensio pecca-
ti est Eris adulter quia sic habes ve-
nerem Eris homicida quia sic habes

martem Mars ergo homicida non
tu: ⁊ venꝰ adultera nō tu Vide ne ꝓ
marte ⁊ venere tu dāpneris Deꝰ em
qui dāpnaturꝰ est nouit. qꝛ tu es qui
dicꝫ nō ego iudici scienti Porro ma
thematicꝰ qui tibi fabulas laqueorū
tuoꝝ eciā vendit vt non ł grauidam
ꝯpares mortem. emis enim mortem
a mathematico ꝑcio. qui cōtempsisti
vitam a xpo gratꝫ: ipē em̄ mathema
ticus si vxorem suam paulo petulan
tius viderit ꝯuersari aut aliquos ali
enos improbe attendere aut fenes=
tram crebro repetere. nōne arripit v̄
berat ⁊ dat disciplinaꝫ in domo sua:
Respondeat illi vxor. si potes vene
rem cede. nōne ⁊ ille respondebit. fa
tua aliud est qd̄ ꝯpetit rectori. aliud
qd̄ ꝓfertur emptori: Ergo electi eo
rum q̇ sunt: Electi maloꝝ electi im=
piorum cū quibus nō est cōbinandū
id est cū quibꝫ non est habenda socie
tas Qui sunt aūt: Arbitrātes se ius=
tos ⁊ cōtempnentes ceteros q̄si pec
catores sicut erant illi pharisei aut qꝛ
ipa peccata manifesta vł ꝯprehendū
tur vel publice fiunt. defendētes ⁊ as
serentes ne aliquid culpe eoꝝ tribu=
atur ⁊ vt ipi nichil mali fecisse videan
tur. sed totū deꝰ qui vel sic crauit ho
minem dicūt vel stellas cōposuit vel
res huānas negligit. defendentes sē
electorum seculi Sed dicat mēbrum
cristi. dicat corpꝰ xp̄i. dicat xp̄us ex
ꝑsona corpis sui. nō declines cor me
um in v̄ba malicie ad excusandas ex
cusationes in peccatis. cū hominibꝫ
opantibus iniquitatem ⁊ nō cōbina
bo cū electis eoꝝ Nostis frēs qd̄ nō
est ꝑtermittendū quasi iustos emi=
nentiores in se tenētes velut primuꝫ
gradum iusticie. electos vocari apd̄
manicheos Qui nouerūt recognos=
cant: qui nesciebant audiāt Electi q̇=
dem dei sunt omnes sancti. et habe=
mus hoc in scripturis. sꝫ vsurparēt
sibi illud nomē ⁊ quasi familiariꝰ si=
bi applicuerūt vt tāq̄m ꝓprie iā elec=
ti appellentur Qui st̄ isti electi: Qui
bus si dixeris peccasti. statim illā de
fensionem impiā et peiorem ceteris
magis q̄ sacrilegam ꝓferunt: nō e=
go peccaui. sꝫ gens tenebrarū Que
est ista gens tenebrarū: Que bellum
gessit cu deo: ⁊ ipa peccat cū tu pec=
cas Ipa inquit qꝛ cōmixtus sum illi
Deus qui te cōmiscuit quid timuit:
Hoc em̄ dicunt qd̄ illa gens tenebra
rum rebellauerit adūsus deū an̄q̄m
mūdus fieret. ⁊ ille timens ne regna
eiꝰ illo adueniēte hostili impetu vas
tarentur misit huc mēbra sua substā
tiam suam hoc qd̄ est ipē. si aurū au=
rum si lux lucem. q̇cquid illud ē h̄ mi
sit. ⁊ miscuit visceribꝫ gentis tenebra
rum dicūt: et fabricauit iñ mūdū Et
nos aiē inquiunt de ipis mēbris dei
sumꝰ. sed premimur h̄ visceribꝫ tene
brarum gentis: ⁊ q̇cquid peccare di=
cimur illa gens peccat Se quidē vi=
dentur excusare a pccō. sed deū suuꝫ
non excusant a crimine timoris: nec
ipam substantiā dei sui a crimine cor
ruptibilitatis Si em̄ incorruptibilis
deꝰ. si incōmutabilis. si incōtamina
bilis. si immaculabilis. si inpenetra=
bilis q̇d ei factura erat gens illa: Fe
cisset illa quē vellet impetū quomo=
do terreret impenetrabilem inuiola
bilem incōtaminabilem incōmutabi
lem et incorruptibilem: Si ergo tal'
deus crudelis qꝛ sine causa huc vos
misit. cū nichil noceri poterat quare
vos misit: Ecce gens tenebraruꝫ illi
nocere non poterat ipē aūt vobis ḡ
uiter nocuit ⁊ ipē magis q̄ ille host'

vester fuit ꝙ̃ꝗ̃m et ipe vobis nocere
potuit. potuistis premi potuistꝫ cap
tiuari potuistis inquinari potuistis
corrumpi: potuit ergo ⁊ ille Frustrũ
em̃ ⁊ quodāmodo partiũcula natu-
re ipius cõuincit massam Quale est
illud qđ huc misit: tale ẽ ⁊ illud qđ ibi
remansit Hoc ipi dicunt ipi fatẽtur
quia hee due substantie sunt vna illa
⁊ vna ista: libri eorũ hoc habent et si
negant legũtur et cõuincũtur Quid
ergo? Vt in hoc vno exordio nichil ā
plius dicam? Non dicā peiora nõ di
cam sceleratiora: in hoc ipo exordio
quo bellũ inducũt videte quẽ debel-
lent ⁊ vbi pugnatũ aduersus deuꝫ a
gente tenebrarũ dicũt. ipi in eoruꝫ v̄
borum pugna capiũtur Nõ em̃ ẽ qđ
dicant aut quo refugiant Sed vis o
nefande false electe defendere pecca
tum tuũ: vt qñ aliquid mali feceris ñ
tu fecisse videaris Queris in quẽ pec
catũ tuũ refundas ⁊ refundis in gẽ-
tem tenebrarum: sed ad deũ attende
si nõ in illum refundis Si em̃ posset
gens tenebrarũ quā fingitis hoc ti-
bi diceret Quid me accusas? Potui
aliquid facere deo tuo. an nõ potui?
Si potui fortior illo sum Si nõ po-
tui quare me timuit? Si nõ timuit q̈
re huc te misit vt tanta ꝯ patiaris cũ
sis mẽbrum ipi⁹ cũ sis substātia ipi⁹?
Si nõ timuit inuidit: si hoc timore ñ
fecit crudelitate fecit Qm̃ ergo ini-
quus est cuꝫ nichil noceri poterat et
fecit vt mẽbris suis ꝯ tãtum nocere-
tur? An poterat noceri? Ergo incor-
ruptibilis non est? Cum vis ergo te
defendere de pccõ tuo: laudare non
potes deum In laude dei nõ capere
ris nisi in tua iactareris Trāsi ad vi-
tuperationem tuā ⁊ laudabis deum
Redi ad v̄ba psalmoꝝ quos execra-

mini: dic ego dixi dñe miserẽ mei sa-
na aiā̃m meam qm̃ peccaui tibi Ego
dixi ego peccaui: nõ fortuna non fa
tum non gens tenebrarũ Si ergo tu
peccasti: iā vide quẽadmodum pate
at laus dei. in quo angustiabaris cuꝫ
te velles defendere Meli⁹ in pecca-
tis tuis angustiaris: ⁊ in illi⁹ laude di
lataris Nam ergo cõfesso pccõ tuo
vide quẽadmodũ laudetur de⁹: quia
iustus est cũ te punit pseuerantem ⁊
misericors cũ liberat cõfitentẽ Non
ergo inquit declines cor meũ in v̄ba
maligna ad excusandas excusatioẽs
in peccatis vt dicā qꝛ gens tenebraꝝ
fecit. qđ ego feci Cum hõibꝫ opan
tibus iniquitatem Quā iniqtatẽ? Di
camus aliquā eoꝝ iniqtatem nefan-
dam Audite iniqtatem nefariā mani
cheoꝝ publicā quā cõfitentur Expe-
dire dicunt homini feneratorem esse
ꝙ̃ agricolam Queris cām: ⁊ reddũt
rationem Vide si ratio illa nõ demẽ-
tia nominanda ẽ Qui em̃ in vsuram
inquiunt dat pecuniam: nõ ledit cru
cem luminis Multi nõ intelligũt iꝫ
expo nam Qui aũt inquiunt agrico
la ẽ: multũ ledit crucẽ luminis Que
ris quā crucem luminis? Mẽbra in
quiunt illa dei q̄ capta sunt in illo pre
lio mixta sunt vniũso mũdo: ⁊ sunt i
arboribꝫ in herbis in pomis in fruc-
tibus Dei mẽbra vexat: qui terrā sul
co discindit Dei mẽbra vexat qui her
bam de t̃ra vellit Dei mẽbra vellit: q̄
pomũ carpit de arbore Hec ne faci-
at in agro falsa homicidia facit in fe
nore vera homicidia Panẽ mendicā
ti nõ porrigit Videte si potest eẽ ma
ior iniquitas ista iniusticia: panem
mendicanti nõ porrigit: Queris q̃re
Ne vitā q̄ est in pane. quā dicunt mẽ
brum dei. substantiā diuinam mendi

cus ille accipiat ⁊ liget eam in carne
Quid ergo vos: Quid: Quare man
ducatis: Carnem non habetis: Sed
nos inquiūt q2 fide manichei illumiā
ti sumꝰ orationibꝫ ⁊ psalmis nostris
qui electi sumus . purgamꝰ iñ vitam
que est in illo pane : et mittimꝰ illam
ad thesauros celoꝝ tales sunt electi
vt nō sint saluandi a deo . sed saluato
res dei Et ip̄e est cristus dicunt cru-
cifixus in toto mūdo Ego in euāge-
lio saluatorē accepam cristum . vos
aūt estis in libris vestris saluatores
cristi : Estis plane blasphematores
cristi ⁊ iō a cristo non saluandi Ergo
buccella ne detur mendico ⁊ ploret i
buccella mēbrum cristi . mendicꝰ fa-
me moriturus est : Falsa miā in buc
cellam . facit verū homicidium in ho
minem Sed qui sunt isti electi eorū:
Non declines cor meum in v̄ba ma
ligna : ⁊ non ꝯbinabo cum electꝫ eo-
rum Emendabit me iustꝰ in mise
ricordia et arguet me Videte peccōrū
cōfessionem : emendari se vult mise-
ricorditer q̄ꝫ laudari fallaciter Emen
dabit me iustꝰ in misericordia si ius-
tus est si misericors est : qñ me videt
peccantem Hoc vtiqꝫ q̄dam mēbra
cristi dicunt : de quibusdam mēbris
cristi dicunt . in vno corp̄e dicūt Dig
natur loqui dominꝰ ex persona emē
datoris : nec respuit personā emen-
dati vel emendantis Omnia eñ mē-
bra in illo : et ip̄e dicit emendabit me
iustꝰ Quis iustus te emendaturus
est: Caput omnia membra emendat
Emendabit me iustns in misericor-
dia ⁊ arguet me : arguet me sed in mi
sericordia . arguet sed non odit et eo
magis arguet q2 non odit Et iste q̄-
re inde grās agit : Quia corripe sapi
entem ⁊ amabit te Emēdabit me ius

tus q2 p̄sequitur : Absit Hic est po-
tius emendandus . si odio emendat
Quare ergo emendat in misericordi
a ⁊ arguet me : In qua misericordia:
Oleum aūt peccōris non impingua
bit caput meū Quid est oleū pecca-
toris nō impinguabit caput meum:
Nō crescet caput meū de adulatioē
Falsa laus adulatione : falsa laus ad
ulatoris . hoc est oleū peccōris Prop
terea ⁊ homines cum falsa laude ali-
quem irriserint : hoc eciā de illo dicūt
vnxit illi caput Amate ergo argui a
iusto in miscōia : nolite ergo amare .
laudari a peccatore cū irrisione Ha
betote oleū vobiscum : ⁊ non quera-
tis oleum peccatoris Sapiētes eñ
ille v̄gines secū portabāt oleum Sa
pientes v̄gines secum oleum porta
bāt : id est conscientia illarum illis tes
timonium perhibebat Oleum glori
a est . fulget nitet in superficie : sꝫ bo-
na debet esse gloria . et vera gloria vt
ibi sit intus in vasis suis Audi qd est
in vasis Probet aūt se homo : et tūc
in semetip̄o habebit gl'am . ⁊ nō in al
tero Quid est in vasis suis: Audi ip-
sum apostolū Nam gl'a vestra h̄ est
testimoniū ꝯscientie nostre Postre
mo quia in corpore cristi es . ⁊ adhuc
portas mortalitatē quādam : tu tibi
esto iustus ⁊ in te esto iustꝰ Pecca-
tor es . vindica in te redi ad conscien-
tiam tuam ⁊ exige de te penas cruci
a teip̄m Ita enim offers sacrificium
deo : q2 si voluisses sacrificium dedis
sem vtiqꝫ ait peccator holocaustis ñ
delectaberis Quid ergo : Nullū acci
pit sacrificium : Sacrificiū deo spiri
tus cōtribulatus : cor cōtritum ⁊ hu
miliatum deus nō spreuit Humilia
cor tuum . contere cor tuū ēcia cor tu
um : ⁊ tu teip̄m emendabis in miseri

cordia Non em̄ odisti te cuz seuis in te: eris in ꝑte. emendat te iustꝰ Quis sis adhuc in emendanda peccata Ex qua ꝑte enim tibi displices iustus es ex qua ꝑte tibi displicet in te qđ iniustum est iustꝰ es Vis videre qm̄ iustꝰ es: Hoc in te tibi displicet. qđ et deo Jam cōiunxisti te voluntati dei et in teip̄o non quod ille fecit sed qđ ille odit odisti Ex eo quod odisti in te qđ fecisti. quod odit et ille qui hoc nō fecit. cepisti in te eē seuerꝰ: erit ille misericors ꝑcet quia tu non ꝑpecisti Ergo ex quo cōiunctus es oculis eiꝰ et cōdelectaris legi eiꝰ ⁊ hoc in te arguis qđ lex eiꝰ arguit ⁊ hoc in te tibi displicet qđ et oculis dei displicet: vide ꝙ iustus es Ex quo aūt lapsus fecisti ea q̄ displicent deo. ⁊ fragilitate q̄dam infirmitatis huāne. ꝓlaberis ī illa ⁊ adhuc portas infirmitatē carnis ⁊ gemis cuiusdam reluctationis conscientia: ex hac ꝑte iniquus ⁊ peccator es Quomodo inquies ex quadam ꝑte iustus. ex quadam ꝑte peccator: Quid est qđ dicis: Laboramꝰ videmur loqui contraria nisi nobis subueniat apostolica auctoritas Audi illud ab apostolo ne me malus intellector accuses: cōdelector enim inquit legi dei secūdum interiorem hominem Ecce iustꝰ An non est iustus qui condelectatur legi dei: Vn̄ ergo peccator: Video aliam legem in mēbris meis. repugnātem legi mentis mee: ⁊ captiuum me ducentem in lege peccati Adhuc bellum adūsus me gero: nondū sum totꝰ instauratus. Ad ymaginem fabricatoris mei cepi resculpi: ⁊ ex ea ꝑte qua reformor displicet michi qđ deforme est Ergo ꝙ diu ita sum quid spero: Infelix ergo homo. quis me liberabit de corpore mortis huis: Gracia dei per ihesum cristum dn̄m nostrū Gracia dei que cepit iam resculpere. gracia dei que infudit suauitatem vt iā per interiorem hominem condelecteris legi dei inde cetera sanabūtur vn̄ ⁊ ista sanata sunt Geme adhuc vulneratꝰ castiga te displice tibi Non sic pugno inquit quasi aerem cedens: sed castigo corpus meū et in seruitutem redigo ne forte aliis predicans ipse reprobꝫ inueniar Nūquid qui castigat corpꝰ odit corpus: Si quis castigat seruū odit seruum: Si quis verberat filiū odit filium: Et vt aliquid cōiunctius eloquamur caro tua tāq̄m coniunx tua est Hoc ip̄e apostolus dicit: nemo vnq̄m carnem suam odio habuit sed nutrit ⁊ fouet eam sicut ⁊ cristus ecclesiam Certe caro tanq̄m cōiunx est ⁊ nemo carnem suam odio habet sed nutrit ⁊ fouet eam sicut xp̄us ecclesiam Certe caro tanq̄m cōiunx ē: ⁊ nemo carnem odio habet tamē qđ alio loco: Caro concupiscit adūsus spiritum: ⁊ sp̄us adūsus carnem Cōcupiscit adūsus te tanq̄m cōiunx tua ama et castiga donec fiat ī vna reformatione vna cōcordia Quādo istud eritꝰ qm̄ modo clamas infelix ego hō q̇s me liberabit de corꝑe mortꝫ huiꝰ. nūquid seꝑabitur a te h̄ corpꝰ ⁊ tunc securꝰ eris: Et qđ ē in nobismetip̄is ingemiscimꝰ. adoptionē expectātes redēptionē corꝑis nostri: Repat̄ g̊ a mortalitate ad īmortalitatē ⁊ iā nō resistit: qꝛ nō ē mortalitas q̄ resistat Proptēa castiga corpus tuū: mō doma qđ postea recipias. mō deficiat ⁊ tūc sufficiat: nā in hac vita reparī n̄ potest q̄mdiu mortale geritur Non te deponat non te abrumpat porta. erudi castiga reparabitur in fine: et quia nemo vnq̄m carnē suā odio ha-

buit. resurget et caro Sz quomodo
eciam tūc luctaturus sum: Oportet
inq̄t corruptibile hoc induere incor-
ruptionem: et mortale h̄ induere in-
mortalitatem Ergo cū dicit' emēda
bit me et arguet me siue sit frater si-
ue sit primus. siue sit vicin⁹ siue tu
ipe: in miā debes argui et emendari
Oleum aūt pccōris nō impinguet ca
put meum Sz quid facio dicz michi:
Patior adulatores nō cessant pstre
pere laudant in me q̄ nolo. q̄ ego pui
pendo laudant in me. qd ego carum
habeo rephendūt in me: adulatores
fallaces deceptores Magn⁹ vir ille
verbi gracia gagius eneus. magnus
doctus sapiēs Sed q̄re xpian⁹: Nā
magna doctrina et magna lrā et mag
na sapientia Si magna sapientia ap
proba qd cristian⁹ ē Si magna doc
trina: docte leg' Postremo qd tu vi
tuperas: hoc ei placet quem laudas
Sed quid: Laudatio illa nō inducat
oleum peccatoris est Sed nō cessat
dicere nō iñ impinguet caput tuum
id est noli gaudere ad talia: id est no
li ānuere noli ɔsentire. nil iñ gratule
ris Et si ille attulit oleum adulatio-
nis. sed caput tuū integrū mansit nō
inflatum est. nō tumuit Si em̄ infla
tum fuerit et tumuerit: facit pond⁹
et pcipitabit te Oleum āt pccōris nō
impinguet caput meū Qm̄ adhuc
et oratio mea in bn̄placitis eor Ex-
pecta modo: me vituperant ait xps
In pmis temporibz cristianor vndi
qz rephendebātur cristiani Adhuc ex
pecta et oratio mea in bn̄placitz eor
erit Veniet tempus qn̄ superent ho
minum maliciā. tundentiū sibi pec-
tus et dicentium: dimitte nobis debi
ta nostra sicut et nos dimittim⁹ de-
bitoribus nostris Iā quot reman-
serunt qui sibi erubescunt pect⁹ tun-
dere: Ergo reprehendant. tolerem⁹
reprehendant oderint. accusent. de-
trahant adhuc et oratio mea in bene
placitis eor Veniet temp⁹ qn̄ orati
o mea placebit illis Erigent em̄ se q̄-
si iusti viribz suis. vincuntur in lucta
qz superbe se erexerunt elidentur tra
hētur a peccatis. videbūt se iniquos
implebūtur que dicta sunt per prophe
tas incipit timeri iudicium cōuertet
se anime acies ad cōscientiā peccato
rum et placebit illa orō. dimitte nob
debita nostra sicut et nos dimittim⁹
debitoribz nostris O verbosa defen
sio iniquitatis Certe iā h̄ populi di-
cunt: et pplorum pectora tundentiū
tonitruus nō quiescit Recte nubes
tonant in quibz iam habitat de⁹ Vbi
est illa verbositas vbi est illa iactan-
tia. iustus sum nichil mali feci: Certe
cū in scripturis sanctis fueris conte
platus normā iusticie: quātūcūqz p
feceris inuenies te peccatorem. Pro
fecisti iā vnū deum colis. optime nō
fornicaris ab eo ad ydola ad mathe
maticos ad sortilegos ad aruspices
ad augures ad melificos: ista em̄ for
nicatio est a domino deo. iā es in ali
quo numero mēbrorum cristi. iā in-
cipe videre eciam illa peccata societa
tis humane. nō occidis quēq̄m. non
adulteras cuiusqz vxorem non vxori
tue eundo ad alteram iniuriam facz
nō vlla pessima corruptela te conta
minas. abstinuisti manū a furto lin-
guam a periurio cor a concupiscen-
do rem proximi tui: iam iustus es
Attende cetera noli iam superbire
Nichil ne peccas in lingua: Non p
laberis in verbum durum: Sz quid
magnum dicis: Quid magnuz: Qui
dixerit fratri suo fatue: reus erit

gehenne ignis Cõtremiscis iã tota il
la superbia Ecce iam non valde facit
deus .vnde deus videatur impietate
aliq̃ blasphemari Nõ irruit in aliquē
ledendum : nõ facit alteri qđ pati nõ
vult Quid de lingua ? Quis illam do
mat ? Sed ecce frenasti ⁊ ipam. q̃mq̃
quis tãtus vt hoc õnino ꝑficiat ? Sꝫ
ecce iam ⁊ ipam frenasti . quid facis
de cogitationibꝫ tuis ? Quid facis de
tumultu ⁊ caterua rebellantium de-
sideriorꝫ ? Non eis das mēbra ? Ita
credo ⁊ video : sed tñ cogitationes a
liqñ inclinãtur . ⁊ afferũt se plerũq; i
oratione genibꝫ fixis Corpꝰ ꝓster-
nis collũ curuas cõfiteris pccã deuz
adoras Video corpꝰ vbi iaceat : q̃ro
vbi volitet animꝰ Video mēbra iacē
tia videamus si stat ꝯscientia videa-
mus si fixa est in eum quē adorat Si
aũt cogitationibꝫ plerũq; tanq̃ estu
maris arripitur ⁊ tempestate tolli-
tur in aliud atq; aliud mõ si mecũ lo-
quereris ⁊ sbito auerteres te ad ser-
uum tuũ ⁊ dimitteres me . nõ dico a
quo aliqđ petebas . sed cũ quo ex eq̊
loq̃baris . non michi iniuriã factã de
putarem ? Ecce quid facit cotidie đo
Qualem mõ dixi frēs ? Iã eũ qui so-
lum deũ colit . qui xp̄m cõfitetur qui
patrē ⁊ filiũ ⁊ spiritũ sanctũ vnũ de-
um nouit . qui nõ post eũ fornicatur
qui nõ adorat demones . qui auxilia
sibi a dyabolo nõ req̃rit qui tenet ec
clesiam catholicã de cuiꝰ fraude ne-
mo cõqueritur . de cuiꝰ pressura non
gemit vicinus infirmꝰ . qui vxorē ali
enam non temptat . qui ꝯtentꝰ ē sua
aut qui nec ipa sua . sed quõ licet ⁊ q̊-
modo ꝑmittit apostolica disciplina.
vbi cõsensus est ãborꝫ aut vbi nõ dũ
ducta est : qui iã talis est deprehendi
tur tñ in istis q̃ iã dixi Venit ergo tē-

pus qđ dictũ est . adhuc ⁊ oratio me
a in bñplacitis eorꝫ : siue quã docuit.
siue quã interpellet ꝓ nobis In istꝫ
ergo cotidianis peccatꝫ omnibꝫ que
spes est . ñ humili corde dicamꝰ in o-
ratione dominica q̃ iã in bñplacitis
nostris ē nõ defendētiũ pccã nostra
sed cõfitentium . dimitte nob debita
nrã sicut ⁊ nos dimittimꝰ debitoribꝫ
nostris. ⁊ aduocatum habeamꝰ apđ
patrem ihm cristum iustũ . vt ipe sit
ꝓpiciatio ꝓ peccatis nr̄is ? Nõ lo-
quãtur supbi vincũtur numero vin-
cũtur popul' : tota t̃ra a sol' ortu vsq;
ad occasum laudate nomē dñi Quid
faciunt pauci alter disputantes ? Iu
dices sunt impiorũ Sed quid ad te ?
Vide qđ sequitur Absorti sunt iux
ta petram iudices eorꝫ Quid ē absor
ti sunt iuxta petrã ? Petra ãt erãt xp̄s
Absorti sunt iuxta petram Iuxta id
est compati iudices magni potētes
docti ipi dicũtur iudices eorũ tanq̃m
iudicãtes de moribꝫ ⁊ sententiã ꝓfe
rentes . Dixit hoc aristotiles adiun-
ge illũ petre ⁊ absortꝰ est Quid est a
ristotiles ? Audiat dixit xp̄s : ⁊ apud i
feros cõtremiscit Dixit h̊ pitagoras
dixit h̊ plato adiunge illos petre cõ-
para autoritatem illorꝫ auctoritati e
uangelice : cõpara inflatos crucifixo
Dicamꝰ eis . vos lrãs vrãs cõscripsis
tis in cordibꝫ supborum : ille crucem
suã fixit in cordibꝫ reguꝫ Postremo
mortuꝰ ē ⁊ resurrexit Mortui estis
⁊ nolo q̃rere quēadmodũ resurgatꝫ
Ergo absorti sũt iuxta petrã istã iudi
ces eorꝫ : tã diu videtur aliqđ dicē do
nec ꝯparentur petre Propterea si in
uētus fuerit aliqs h̊ dixisse qđ dixit ⁊
xp̄s : ꝯgtulamur illi nõ seq̃mur illũ Sꝫ
prior fuit ille q̃ xp̄s . si qui vera loq̃tur
prior est q̃ ipa vitas ? O hõ attende

cristum:non qm̄ ad te venerit.sed qm̄
te fecerit Potest ⁊ egrotꝰ dicere sed
priꝰ ego cecidi in lectū q̄ȝ medicus ad
me venisset Vtiq̄ȝ id̄ ille posterior ve
nit q2 tu prior cecidisti Videte itaq̄ȝ tex
tū psalmi:adhuc ⁊ oratio mea in be-
neplacitis eoꝝ Sed erunt multi q̄ cō
tradicant absorti sunt iuxta petram
iudices eoꝝ Quid ergo erit? Audi
ent v̄ba mea. qm̄ p̄ualuerunt Preua
luerunt v̄ba mea v̄bis eorū Dicta sꝫ
ab eis quedā diserte:sed a me v̄a Ali
ud est laudari loquacem:aliud lauda
ri veracem Audient verba mea quo
niam p̄ualuerunt Vn̄ preualuerunt?
Quis eoꝝ ꝯprehensus est in sacrifi-
cio.cū hijs legibus ista p̄hiberentur
⁊ non negauit?Quis eoꝝ ꝯprehēsus
est adorare ydolum. ⁊ non clamauit
nō feci.⁊ timuit ne cōuinceretur Ta
les ministros dyabolꝰ habebat Vn̄
aūt preualuerunt verba dn̄i?Ecce e-
go mitto vos sicut agnos in medio
luporum Nolite timere eos q̄ occi-
dunt corpus aiām aūt non p̄nt occi
dere:sed potius eum timete qui cor
pus ⁊ aiām p̄t mittere in gehennam
ignis Dedit timorē Subiecit spem:
inflāmauit caritatē Nolite inq̄t time
re mortem Mortez timetis? Prior
morior Ne vel capillus vester pere-
at formidatis? Prius integer in car
ne resurgo Merito audistꝫ v̄ba eiꝰ
qm̄ preualuerunt Ducebantur occi-
debantur:cadebant ⁊ stabant Et q̄d
est factum de tot mortibꝫ martirum
nisi vt ip̄a v̄ba p̄ualerent ⁊ tanq̄ȝ irri
gata terra sanguine testiū cristi pul-
lularet vbiq̄ȝ seges eccl'e? Audient in
quit v̄ba mea qm̄ preualuerunt Vn̄
p̄ualuerunt iā diximus:cū predican
tur a non timentibꝫ Quid nō timen-
tibus?Nec exilia nec dāpna nec mor

tem nec crucem Non enim nec mor
tem solam.sed nec crucem:quando
a morte nichil videbatur execrabiliꝰ
Ipam dn̄s suscepit ne discipuli eius
mortez quidem nō timerent:sed nec
genꝰ mortis horrescerent Ergo a nō
timentibus cū dicuntur hꝫ p̄ualuerūt
Quid ergo mortes ille om̄iū martirū
quid fecerunt:Audi Sicut crassitu
do terre disrupta est sup̄ terram:dis
sipata sunt iuxta infernū ossa nostra
Juxta infernū dissipata sꝫ ossa mar-
tirum id est corpora testiū cristi Oc
cisi sunt enim martires:⁊ q̄si preua-
luerunt qui occiderunt Preualuerūt
illi p̄sequendo vt p̄ualerent v̄ba cris-
ti p̄dicando Et quid factū est de mor
tibus sanctorū?Sicut crassitudo ter
re disrupta est super terram Quid ē
crassitudo terre disrupta est sup ter-
ram?Nouimꝰ crassitudinē terre cō-
temptibilia queq̄ȝ eē Que sunt quasi
cōtemptibilia hominis fecūdant ter
ram Nam dictum est in quodā psal
mo iacuisse mortes sanctorū ⁊ nō fu
it qui sepeliret Sed ille omnes mor-
tes facte sunt crassitudo terre Quō
accipit terra quādam pinguedinem
de rebꝫ ꝯtemptibilibꝫ et abiectꝫ sic ex
eo q̄d cōtēp̄sit hic mūdꝰ accepit cras
situdinez t̄re vt iñ seges eccl'e feraciꝰ
pullularet Jā nostis frēs q2 ꝯtemp-
tibilia t̄re huiꝰ de quibꝫ pinguescat t̄
ra:nec appellare volo nec dicere de-
cet Talis ē q̄dam sagina t̄re et q̄dam
pinguedo:et ꝯtemptibile ē hōibꝫ ⁊ q̄
si sordidū ē ⁊ abicitur Sꝫ q̄d fecit hic
vt iam ⁊ ip̄iꝰ v̄bis vtar:De t̄ra erex-
it inopē ⁊ de stercore exaltauit pau-
perē vt collocaret eū cū p̄ncipibꝫ cū
p̄ncipibꝫ ppl'i sui Prostratꝰ ē em̄ in t̄
ra tanq̄ȝ pinguedo t̄re disruptus est
super terram:sicut iacuit ille lazarus

222

vlcerosus sed tamen ab angelis sublatus ē in sinum abrahe Preciosa in conspectu domini mors scōrum ei⁹ Sicut ꝯtemptibilis est in seculo ita ꝓciosa est agricole Nouit eñ ibi vtilitatem ꝛ vberem succū. et nouit qd affectet ꝛ quid eligat vñ seges fertil' surgat: sed cōtēpnit eā iste mundus Nescitis qꝛ cōtemptibilia mūdi elegit deus ꝛ ea q̄ non sunt tāq̄ q̄ sint vt ea q̄ sunt euacuarentur: De stercore erect⁹ petrus ꝛ paulus ꝛ cū occiderentur cōtēpnebantur: mō iā saginata inde terra exurgente segete eccl'e. ecce qd est nobile ꝛ ꝑcipuū in mūdo ipatoꝛ veit romā q̄ festinat ad tēpluȝ impatoris an ad memoꝛiam piscatoris: Sicut crassitudo terre disrupta est sup terram: dissipata sunt iuxta infernum ossa nrā Qm̄ ad te dñe oculi mei: in te speraui ne auferas animam meā Cruciati sunt eñ in ꝑsecutionibus: ꝛ multi defecerūt Et qꝛ de captiuitate persecutionis dixit sicut crassitudo terre disrupta est sup terram dissipata sunt ossa nostra iuxta infernū. occurrit mltos defecisse. et multos piclitatos eē: ꝛ tāq̄m in medijs tribulationibȝ ꝑsecutionū emissa ē vox ꝑcantis qm̄ ad te dñe oculi mei Nō curo qd minentur qui circūstant. ad te dñe oculi mei Plus figo oculū in ꝓmissis tuis q̄ in minis eorum Noui qd ꝓ me passus sis: quid michi ꝓmiseris Ad te dñe oculi mei in te speraui ne auferas aiām meam Custodi me a muscipula quā statuerunt m̄ Que erāt muscipule: Si cōsentis pcō In muscipula pōita est esca vite hui⁹ Si amat auis hāc escā cadit in muscipulā Si aūt auis talis est vt dicat ꝛ diem hōis nō cōcupiui tu scis: oculi ei⁹ non recedūt a deo ꝛ ipe euellet de laqueo pedes ei⁹ Custodi me a muscipula quā statuerūt m̄ Et ab scandalis qui opantur iniquitatem Duas res dixit ambas ꝑ se distinguendas. muscipulam statuisse ꝑsecutoꝛes dixit. scandalū vo ab eis q̄ cōsenserunt ꝛ apostatauerunt et ex vtroq̄ vult se custodiri Hinc seuiūt minātes hinc labūtur cōsentientes. timeo ne talis sit iste quē timeā ne talis sit iste quē imitar Hec tibi facio si nō cōsenseris. custodi me a muscipula quā statuerunt michi Ecce frater tuus iam cōsensit: ꝛ ab scandalis eoꝝ qui opantur iniquitatem Cadent in retia ei⁹ pccōres Quid ergo frēs: Cadent in rechia eius peccatores: sed nō omnes peccatores Quidam pccōres qui vsq̄ adeo sunt peccatores vt sic ament vitam istam vt ꝑponant illam vite eterne. cadent in muscipulam ei⁹ Sed quid dicꝫ: Putas isti tales cadunt in rechia eius: Sed quid de discipulis tuis o criste: Ecce cum ferueret ꝑsecutio. quando dimiserunt te omnes solum et ierūt vnusquisq̄ i sua. predixisti hoc quia preuidisti Non enim quia tu prenūciasti tu fecisti: aut tu i quoq̄m te negasti Sed ecce illi qui tibi coherebāt in tua temptatione. et persecutione qua te inimici requirebant crucifigēdum defecerunt: et vnus ille audax qui tibi promiserat quia tecum esset vsq̄ ad mortem. audiuit quidē a me dico quid in se ageret egrotus Febriens enim se sanū dixerat: cordis venam ille tangebat Ventum ē ad tēptationem. ventum est ad probationem ventum est ad accusationē. eciā ipe interrogatus nō ab aliqua magna potestate. ab infimo mācipio ꝛ h̄ feiā: ab āncilla itrogat⁹ succubuit Negauit ter sel' negato cū memoraret' neguit itm bis negato cū memorare

tur negauit tercio Hoc pdixerat dominus: nō pceperat n coegerat Aut si ppterea putatur petrus rcē fecisse qz hoc pdixerat dn̄s: recte fecit et iudas qui tradidit eum qz et hoc pdixerat dn̄s Absit frēs mei: hec vox illorum electorū est qui eciā pccā sua defendunt poci⁹ q̄ꝫ fatentur Petrū ipsum poci⁹ attendam⁹ Si nichil peccauit quare fleuit? Nō interrogem⁹ de petro nisi lacrimas petri: fideliores testes de illo non inuenim⁹ Fleuit amare inquit Nōdum ydoneus erat passioni seqris me postea illi dictum erat Adhuc futur⁹ erat firmus cōfirmatus dn̄i resurrectione Ergo nōdum erat tempus vt dispgerent illa ossa iuxta infernū Nā videte q̄m multi defecerūt: vsqꝫ ad ip̄os pmos herentes ori ei⁹ eciā ipsi defecerunt Quare hoc? Singularis ego sum donec transeā Hoc em̄ seqtur in psalmo Supra dixerat custodi me domine a muscipula quā statuerūt m̄ et ab scandalis que opantur iniquitatem A muscipula et a scandalis et a terrentibus et a lapsis Sed qz in ei⁹ passione eciam illi p̄mi qui futuri erāt duces eccl'e et colūpne terre defecerant nōdum factū erat qd̄ ait in alio psalmo. ego confirmaui colūpnas eius Quid ait? Singularis ego sum donec transeam Hec vox ex psona capitis: singularis ego sum donec trāseam Quid est singularis? In passione tu solus pateris tu solus occideris ab inimicis Singularis ego sum donec transeam Quid ē donec transeam? euangelista dicit: cū aūt venisset hora vt ih̄s transiret de hoc mūdo ad p̄rēm Quid ē ergo donec transeam nisi de hoc mūdo ad p̄rēz? Tūc em̄ ꝯfirmabo colūpnas eius id ē colūpnas terre qn̄ in mea resurrectioē

non ex operibus inquit. ne forte q̄s
extollatur Op̄a bona non habemꝰ?
Habemus plane. sed vide quid se-

quitur: Ipſius em̄ ſumꝰ figm̄etum
dixit. ipſiꝰ ſumus figm̄etū: Forte na
turam q̇a hoīes ſumꝰ commeōrare
voluit hoc appellato figm̄eto: Nō
plane de opibus loq̄batur: Nō iq̄t
ex opibꝰ ne q̇s forte extollatur. Ipſi
us em̄ ſumus figm̄etū Sed nō co=
niciamus. ſeq̄tur. ipſius em̄ ſumus
figm̄etū creati in xp̄o ih̄ū in opibuſ
bonis. Noli ḡ putare te aliq̄d opari
niſi in q̄ꝫtū malus es. Auerte ab o=
pere tuo te. ad opus illius q̇ fecit te.
Ipſe formet. ⁊ ipſe q̄d formauerat
⁊ tu extermiāſti reformet Vt em̄ ſis
ipſe opatus eſt. vt bonꝰ ſis ſi bonꝰ
es ip̄e opatur Cum tremore inquit
⁊ timore veſtram ip̄oꝝ ſalutē opa=
mini. Si noſtram ip̄oꝝ ſalutē opa
mur. quare cū timore q̄re cū tremo
re. cū ſit in poteſtate noſtra q̄d opa
mur: Audi quare cū timore ⁊ tremo
re Deꝰ eſt em̄ q̇ opatur in nobis. et
velle ⁊ opari ꝑ bona volūtate Ergo
cū timore ⁊ tremore. vt delectet i cō
ualle opari noſtrum artificem Sic
em̄ opatur tāq̄ꝫ in deiectis. qui iudi
cat in gentibus ⁊ replet ruinas

In facturis manuū tuarum me
ditatus ſum. Vidi ergo ⁊ inſpexi o=
pera tua. q̇a nichil boni eſſe in nobiſ
poteſt. niſi abs te fiat q̇ nos feciſti:
Et quid feci cū viderem a te omne
datum optimū ⁊ ōne donū ꝑfectuꝫ
deſurſum eſſe deſcēdēs a p̄re lumim
aput quē nō eſt cōmutatio nec mo
m̄eti obumbratio: Cum hoc viderē
auerſus ab ope malo quod. feceraꝫ
in me. extendi manus meas ad te:

Extendi inquit manus meas ad
te. anima mea velud terra ſine aqua
tibi: Complue inquit me. ad facien
dum fructū bonū Dn̄s em̄ dabit ſu
auitatem vt terra noſtra det frc̄m
ſuum Extēdi manꝰ meas ad te. aīa
mea velud terra ſine aq̄ tibi. Nō m̄
ſed tibi Sitire tibi poſſum. me irri=
gare nō poſſum. Aīa mea velud t̄ra
ſine aqua tibi. q̇a ſitiuit aīa mea ad
deum viuū. Qn̄ veniā niſi qn̄ vene=
rit: Sitiuit aīa mea in deū viuum.
q̇a aīa mea velut terra ſine aqua tibi
Habūdat mare inundat copioſum
eſt fluctuat. ſed amaꝝ eſt. diſcreta ē
aqua. appꝫuit arida anima mea. irri
ga eam. q̇a velut terra eſt ſine aqua
tibi: Cito exaudi me dn̄e Que eī
mora. quādo ſic ſitio ad inflamman
dam ſitim meā: Pluuiā differebas
vt hauriēs ibiberem. nō reſpuerem
quod influeres. Si ergo ideo diffe
rebas. iam da. qm̄ anima mea velut
terra ſine aqua tibi. Cito exaudi me
dn̄e: Defecit ſp̄ūs meus. Imple=
at me ſp̄ūs tuus. q̇a defecit ſp̄ūs me
us. Ipſa eſt cauſa vt cito exaudias·
q̇a defecit ſp̄ūs meus. Factꝰ ſum iā
paup ſpiritu. beatum me fac in reg
no celorum. In quo em̄ viuit ſpiri
tus eius ſuperbus eſt. ſpiritu ſuo
extollitur contra deum. Fiat in illo
bene quod alibi ſcriptum eſt. aufēs
ſpm̄ eoꝝ ⁊ deficient. ⁊ in puluerem
ſuum reuertentur. vt cōfitentes di
cant memento quia puluis ſumus.
Cum autem dixerint quia puluis ſu
mus memento. tunc dicant. anima
mea velut terra ſine aqua tibi. Que
em̄ tam terra ſicca q̄ꝫ puluis: Sed
cito exaudi me dn̄e. cōplue me. con
firma me. ne ſim puluis quē ꝓicit
vētꝰ a facie t̄re Cito exaudi me dn̄e:
defecit ſp̄ūs meꝰ. nō differat̄ inopia
mea. Abſtuliſti ſpm̄ meū vt defice=
rem. ⁊ in puluerem meū ꝯuterer· et
dicerē tibi. aīa mea velut t̄ra ſine aq̄
tibi. fac etiam q̄d in alio pſalmo di=

citur. auferes spm̄ eorum ⁊ defici-
ent. emitte spiritum tuum ⁊ creabū
tur. ⁊ renouabis faciem terre. Si
qua igitur in xpristo noua creatura
vetera transierūt. in spū tuo vetera
trāsierūt. in spū tuo noua facta sunt
Ne auertas faciem tuam a me A
uertisti a supbo. etenim aliqn̄ habū
dabā. ⁊ in habūdātia mea elatus erā
Ego em̄ dixi aliquādo in habūdātia
mea. nō mouebor ineternum: Dixi
nō mouebor in habūdantia mea ig
norās iusticiam tuam ⁊ cōstituens
meā. sed tu dn̄e in volūtate tua pstí
tisti decori meo virtutē. Dixi in ha-
būdātia mea nō mouebor. vex aūt
a te michi erat qcquid habundabā.
⁊ vt hoc pbares a te michi fuisse. a-
uertisti faciem tuam ⁊ factus sum ɔ
turbatus: Post hāc cōturbationez
in qua factus sum qa auertisti faciē
tuam. post tedium spūs mei. post
cōturbatum cor meum in me. ex eo
qꝫ auertisti faciem tuam. iam factꝰ
sum sicut terra sine aqua tibi. ne aū
tas faciem tuam Auertisti a super-
bo. redde hūili. Ne auertas faciem
tuā a me. qa si auerteris Similis
ero descendētibus in lacum: Quid
est descēdentibus in lacum? Pecca
tor cum venerit in pfundum malo
rum contempnet: Illi descendūt in
lacum. qui etiam cōfessionem pdūt
Cōtra quod dicitur. ne coartet sup
me puteus os suum: Hāc pfundi-
tatem lacum appellat plerūqꝫ scrip
tura. in quā profunditatem cū vene
rit peccator contempnet. Quid est
cōtempnet? Iam nec vllam proui-
dētiam deputat. aut si deputat. ad e
am se ptinere nō putat: ppponit sibi
peccādi licentiam. sine spe venie ha
bens iniquitates effusas: Nō dicit
reuertar ad deum vt reuertatur ad
me. nec audit cōuertimini ad me et
reuertar ad vos. qm̄ veniēs in pro
fundum malorum contempnit: A
mortuo em̄ inquit tāqꝫ si nō sit pe-
rit cōfessio: Ne ergo auertas faciez
tuam a me ⁊ similis ero descendēti-
bus in lacum: Auditam fac michi
mane misericordiam tuam quia in
te speraui: Ecce in nocte sum. sed in
te speraui donec nocturna trāseat ii
quitas: Habemꝰ em̄ vt dicit petrus
certiorem pphetícum sermonem.
cui bene facitis intendētes tāqꝫ lucer
ne lucenti in obscuro loco. donec di
es illucescat. ⁊ lucifer oriatur in cor
dibus vestris: Mane ergo appel-
lat post finem seculi. cū viderimus
quod in seculo credimꝰ: Mane em̄
exaudies vocem meam. mane asta
bo tibi ⁊ cōtemplabor Auditam fac
michi mane misericordiaz tuam. qa
in te speraui. Si em̄ quod nō vide-
mus speramus. p pacīētiam expec
tamus. Pacientiam querit nox. leti
ciam donabit dies: Auditam fac m̄
mane miām tuā. qm̄ in te speraui:
Sed hic qd donec vēiat mane? Nō
em̄ sufficit mane sperare. sed aliqd
opus est agere Quare aliquid agē?
Quoniam dicit in alio psalmo. deū
exquisiui in die tribulationis mee.
tāqꝫ in tempore noctis mee deū exq
siui Quomodo exquisiui? Manibꝰ
meis nocte coram eo. ⁊ nō sum de-
ceptus. Manibus querendus ē in
nocte deus Quid est manibus? Bo
nis operibus. sed bonis opibus co
ram eo: Cum em̄ facis elemosinam
noli tuba canere. pater tuus qui vi-
det in occulto reddet tibi: Quia er-
go sperādū est mane. ⁊ ita nox ista
tolerāda est. ⁊ ī ipa paciā doēc dies

lucescat ꝑseuerandū est quid interea
hic agendū: Ne forte ꝑ temetipm̄ ac
turus es aliquid vt merearis perdu
ci ad mane: Notam fac michi do-
mine viā in qua ingrediar Jō lucer-
nam ꝓpheticā accendit: ideo ipm̄ do
minum tanq̄m in testa carnis misit.
qui eciā dixit exaruit velut testa vir-
tus mea Ambula ad prophetiā am-
bula ad lucernā ꝑdictorum futurorum
ambula ad v̄ba dei Nōdū vides ver
bum in ꝑncipio deū apud deū: āƀula
ad formā serui. ꝑduceris ad formaꝫ
dn̄i Notam fac michi dn̄e viā in qua
ingrediar Qm̄ ad te leuaui animā
meā Leuaui ad te nō contra te Apō
te fons vite ad te leuaui aiām meam
tanq̄m vas ad fontē attuli: imple er
go me. qm̄ ad te leuaui aiām meam.
Exime me de inimicis meis domi
ne. qꝛ ad te cōfugi Qui aliqn̄ a te fu-
gi: ad te cōfugi Fugit em̄ adam a fa
cie dei ꝛ abscōdit se inter ligna para-
disi: vt de illo diceretur in libro iob.
tanq̄m seruus fugiens dn̄m suū ꝛ cō
secutus est vmbrā Fugit a facie do-
mini sui ꝛ consecut9 est vmbram Ad
vmbram em̄ fugit inter ligna paradi
si Ve si ꝑmanserit in vmbra: ne pos-
tea dicatur transierūt omnia tanq̄ꝫ vm
bra Exime me de inimicꝫ meis Non
ego hic inimicos hoīēs cogito: non
ē nobis colluctatio adūsus carnem
ꝛ sanguinem Sed adūsus quos: Ad
uersus ꝑncipes ꝛ potestates: recto
res mūdi Cui9 mūdi: Non em̄ celi ꝛ
terre: nō em̄ regunt qd̄ non fecerunt
rectores mūdi Sed cui9 mundi: Te
nebrarum harū Quarū tenebrarum:
Vtiqꝫ iniquorum Fuistis em̄ aliqn̄ tene
bre: nunc āt lux in dn̄o Rcōres mun
di tenebrarum harū. rcōres iniquorum
contra hos habetis luctamen Mag
num ꝑlium nobis est hostē non vide
re ꝛ vincere Aduersus rectores mū-
di tenebrarum harū. dyabolum scili-
cet ꝛ angelos ei9. nō illi9 mundi rec-
tores de quo dicitur et mūd9 ꝑ eum
factus ē sed illi9 mundi de quo dicitᷓ
ꝛ mundus non cognouit eū Exime
me de inimicis meis dn̄e quia ad te
cōfugi De inimicis meis: nō iuda. sꝫ
qui impleuit iudam Jllum patior vi
sum: illū expugno nō visum Accepit
em̄ buccellam iudas ꝛ introiuit in eū
sathanas: vt iste dauid ꝑsecutionem
pateretur a filio suo Qm̄ multos iu
das dyabolus implet indigne accipi
entes buccellā ad iudicium suuꝫ Qui
em̄ mādučat ꝛ bibit indigne: iudiciū
sibi manducat ꝛ bibit Nō malum est
qd̄ datur: sed bonū malo in iudicium
datur Bene eē non potest male acci-
pienti qd̄ bonum est Ergo exime me
ab inimicis meis qꝛ ad te cōfugi Er-
go qꝛ ad te confugi vel quo a facie tu
a fugiam. si ascendero in celum tu il-
lic es quo em̄ fugerem. quo ibo a spi
ritu tuo: si ascendero in celum tu ibi
es. si descendero in infernū ades. qd̄
ergo restat: Si assumpsero pennas
meas vt columba et volabo in extre
ma maris id est vt spe habitem in fi-
ne seculi: etem̄ illuc manus tua dedu
cet me. ꝛ ꝑducet me dextera tua Exi
me me de inimicis meis qm̄ ad te cō
fugi domine Doce me vt faciā vo
luntatem tuā: qꝛ tu es de9 me9 O cō
fessio o prescriptio: qm̄ tu es inq̄t de
us meus Ad alium currere feci si ab
alio factus sum: tu es totum meū qꝛ
tu es de9 meus Prēm queram prop
ter hereditatē: Tu es deus me9 Nō
solum dator hereditatis sed ipa here
ditas Dn̄s pars hereditatis mee Do
minum q̄ram ꝓpter redemptionem:
Tu es deus meus Patronum q̄ram
ꝓpter liberationem: Tu es de9 me9

Postremo creat⁹ recreari cupio: tu es deus meus qui creator me⁹ q̄ creasti me per v̄bum tuū ⁊ recreasti me p̄ v̄bum Si creasti me p̄ v̄bum deuz manētem apud te. recreasti p̄ v̄bum carnem factū ꝓpter nos Doce ergo me vt faciā voluntatez tuā: q₂ tu es deus me⁹ Si nō me docueris faciaz volūtatem meam: et deseret me de⁹ meus Doce me vt faciā volūtatē tuam: quoniam tu es de⁹ meus doce me Non eñ tu eris de⁹ meus ⁊ ego ero magister me⁹ Videte quēadmodum gracia ꝯmendetur hoc tenete h̄ inbibite. hoc vobis de corde null⁹ excutiat. ne habeatꝫ zelum dei sed nō secūdum scientiam: ne ignorantes dei iusticiā et v̄rām volentes cōstituere legē. iusticie dei nō sitis subiecti Verba certe apostoli agnoscitis Dicite ergo ista: Doce me vt faciā voluntatem tuam q₂ tu es deus me⁹ Spiritus tuus bonus. non meus malus Spūs tuus bon⁹ Deducet me in terram rcām: q₂ spūs meus mal⁹ deducet me in terram pursam Et q̄d ego merui: Que mea op̄a boā sine tuo adiutorio cōputantur. vnde impetrare dign⁹ eēm deduci a spiritu tuo in terram rcām: Que op̄a tua v̄l que merita mea: Propter nomē tuum dñe viuificabis me Attēdite ergo q̄ntum potestis gracie cōmendationē q̄ gratꝫ salui facti estis Propter nomen tuū dñe viuificabis me non nobis dñe nō nobis sed nomini tuo da gl̄am Propter nomē tuū dñe viuificabis me in tua iusticia nō in mea n̄ q₂ ego merui sed q₂ tu misereris Nā si meū ostenderē merituz: nichil abs te mererer nisi supplicium Auulsisti merita mea: inseruisti dona tua ꝓpē nomē tuū dñe viuificabis me in tua iusticia Educes de tribulatione animam meā et in tua mis̄cdia ad interitum deduces inimicos meos: ⁊ p̄des omnes tribulantes aiām meam q̄m ego seru⁹ tuus sum

Explicit psalmus cxlij. Incipit psalmus cxliij.

Psalmi hui⁹ titulus breuis est numero v̄borū sed grauis pondere misterioꝝ ip̄i dauid ad goliam Preliū hoc factum tp̄e patrū nr̄orum de scripturis sanctis recolit mecū caritas vestra Cum eñ adu̾sus populum dei alienigene dimicarent: ꝓuocauit vn⁹ vnū. golias dauid. in quo certamiē voluntas dei p̄ cuiusq₃ p̄tis victoria ꝓbaretur Sed quid de victoria satagim⁹. quādo ꝓuocantem ꝓuocatumq₃ cernamus: Prouocauit impietas pietatē ꝓuocauit sup̄bia humilitatem postremo ꝓuocauit dyabolus cristum Quid miramini dyabolū victū: Ille erat grandis statura corporis: iste aūt statura puus. fide magnus Accepit arma bellica sanctus dauid vt aduersus goliam ꝓcederet: hec arma p̄ etatem ⁊ puam vt diximus staturam corpis portare nō valuit Abiecit onerantia nō adiuuātia: accepit q̄nq₃ lapides de flumine et posuit in vase pastorali Hijs armatus corpaliter nomine aūt dei spiritualiter: ꝓcessit ⁊ vicit Hoc quidē ille dauid: sed misteria pscrutemur Proposueram⁹ eñ titulum istū breuē numero v̄borum sed grauem pondere misterioꝝ Veniat in mentem apostolica illa sentētia oiā h̄ in figura cōtingebant ill' ne impudētes videamur q̄rere aliq̄d absconditū vbi possit dici totū sine misterij ꝓfunditate simpliciter dictum. Habem⁹ ergo auctoritatē faciētem vos intētos ad q̄rendū vigiles ad inuestigandū deuotos ad audiendum

fideles ad credendū .impigros ad fa
ciendū In dauid cristus : sed sicut so
letis intelligere eruditi in scola eius .
xp̄us caput ⁊ corpus Non ergo sic
auditis aliquid ex ꝑsona cristi : quasi
ad vos non ꝑtineat qui estis mēbra
cristi Hoc tꝫ in fundamento posi-
to videte que sequantur Nostis mꝉ
tis sacramentꝫ visibilibꝫ ⁊ corporali
bus oneratum eē populū primū cir
cūcisione negocioso illo quodam sa
cerdotio ⁊ templo figuris pleno mꝉ
tiplicibꝫ holocaustoꝝ sacrificiorūqꝫ
generibꝫ Hec dauid noster tanqꝫ ar
ma ꝑmentia non adiuuantia posuit
Si em̄ data esset lex que posset viui-
ficare : vere ex lege eēt iusticia Vt qd
ergo lex? Seqˀtur .sed cōclusit inquit
scriptura omnia sub pccō : vt ꝓmis-
sio ex fide ihū cristi daretur credenti
bus Deniqꝫ iste dauid scilꝫ xp̄s caput
⁊ corpus tp̄e reuelationis noui tes-
tamenti tp̄e insinuande et ꝯmendan
de grē dei qd fecit? Arma posuit .qn-
qꝫ lapides tulit : arma vt diximꝰ one
rantia posuit Ergo sacramēta legis
sacramenta illa legis . q̄ non sꝉ impo
sita gentibꝫ posuit : q̄ nō obseruamꝰ .
Meministꝫ em̄ quāta in veteri lege
legamus ⁊ nō obseruemꝰ . sed tamē
ad aliquā significationem ꝑmissa et
posita intelligamꝰ : nō vt abiciamus
legem dei .sed vt sacramenta ꝓmittē
tia impleta ꝓmissione nō celebremꝰ
Qd em̄ promittebant venit Grā em̄
noui testamenti in lege velabatur in
euangelio reuelabatur Velū remoui
mus qd velabatur agnouimꝰ Agno
uimus aūt in grā domini nostri ihe-
su cristi capitis ⁊ saluatoris nostri q
ꝓ nobis crucifixꝰ est . quo crucifixo
eciam velū tēpli conscissum ē Deniqꝫ
arma ille posuit tꝫ onera sacramen
torum veteris legis : ⁊ ipam legē ac-
cepit Quinqꝫ em̄ lapides quinqꝫ li-
bros moysi significant Tulit ergo il
los quinqꝫ lapides de flumine Nos-
tis quid sit fluuiꝰ Labitur em̄ mor-
tale seculū ⁊ ꝑterfluit q̄cquid venit in
mūdum Erant ergo in flumine tāqꝫ
in pplꝰo . illi primo lapides illic erant
inutiles .vacabant nichil ꝓderant .tn̄
sibat super fluuius Quid fecit dauid
vt lex ipa vtilis eēt? Accepit grāꝫ Lex
enim sine gracia impleri nō ꝑt Ple-
nitudo em̄ legꝫ caritas Et vn̄ ista ca-
ritas? Vide si non ex gracia Caritas
inquit dei diffusa est in cordibꝫ nos-
tris per spiritū sanctū q datꝰ ē nobis
Quia ergo gracia fecit impleri legeꝫ :
significatur aūt gracia lacte Hoc em̄
est in carne gratuitum : vbi mater nō
q̄rit accipe .sed satagit dare Hoc ma
ter gratis dat : ⁊ cōtristatur si desit q
accipiat Quō ergo on̄dit dauid legē
sine gracia opari nō posse nisi cum il
los lapides quinqꝫ quibꝫ significaba
tur lex . in libris quinqꝫ cōiungere vo
lens gracie . posuit in vase pastorali
quo lac mulgere consueuerat : Hijs
armatus .gracia vtiqꝫ armatꝰ ⁊ ideo
ꝑsumens non de se sed de dn̄o suo ꝓ
cessit adūsus goliam supbū : se iactā-
tem de se ꝑsumentem Tulit vnum la
pidem iecit inimicū in fronte ꝑcussit
cecidit ex eo loco corꝑis vbi signum
cristi nō habuit Hoc quoqꝫ licet attē
das quinqꝫ lapides posuit vnū misit
libri lecti sunt .sed vnitas vicit Pleni
tudo em̄ legis vt paulo ante ꝯmemo
rauimꝰ caritas : ⁊ apłs ait sufferen-
tes inuicem in dilectione studentes
seruare vnitatem sp̄us in vinculo pa
cis Deinde illo percusso atqꝫ deiecto
gladiū eiꝰ abstulit ⁊ inde caput illi ab
scidit Et h̄ facit noster dauid : deicit
dyabolum de suis Qn̄ autem credūt
magni eꝰ quos ille in manu habebat

⁊ de quibus ceteras aīās trucidabat cōuertunt linguas suas ꝯtra dyabolum et sic golie de gladio suo caput incidit ur Misteriū tituli ꝑ tpis breuitate tractauim⁹ videam⁹ quid habeat iste ps Psalm⁹

B Enedictus dn̄s deus meus q̄ docet manus meas ad p̄lium ⁊ digitos meos ad bellū Vox nrā est si corpus cristi nos sum⁹ Benedicamus dn̄m nostruȝ qui docet manus nostras ad p̄liū digitos nrōs ad bellum Repetitio sententie videtur qd̄ est man⁹ nostras in preliū: hoc ē digitos nostros ad bellum An aliqd̄ interest inter man⁹ ⁊ digitos: Digitis vtiq̄ operatur ⁊ manus Nō itaq̄ absurde accipim⁹ digitos ꝑ manibus positos Verūptn̄ in digitis agnoscimus ꝟitatem. diuisionē operationis: ⁊ tn̄ radicem vnitatis vide illā grām Dicit apl's aliȷ̄ quidem per spiritum datur sermo sapientie aliȷ̄ sermo scientie secūdum eūdem spiritū aliȷ̄ fides in eodem spiritu aliȷ̄ donatio curationum in vno spiritu: aliȷ̄ genera linguaruȝ aliȷ̄ ꝓphecia. aliȷ̄ diuinatio spirituum Omnia hec operatur vnus atq̄ idem spūs Radix est vnitatꝫ diuidens ꝓpria vnicuiq̄ put vult: aliȷ̄ illud aliȷ̄ hoc Hiȷ̄s ergo digitis pugnat corp⁹ cristi ꝓcedens in bellū ꝓcedens in p̄lium Jam p̄lior ⁊ bellorum genera ꝯmemorare fortasse lōgum est: ⁊ gerere facili⁹ est q̄ꝫ explicare Habem⁹ vnū bellum qd̄ cōmemorat apl'us nō est vobis colluctatio adūsus carnem ⁊ sanguinem id ē adūsus homines a quibus videmini pati molestias: non aduersus ip̄os pugnātes. sed aduersus p̄ncipes potestates ⁊ rcōres mūdi Et ne intelligeres mūdi celi ⁊ terre ōndit quid diceret tenebrarū harum mūdi scilicet nō qui per ip̄m factus est q̄ꝛ ⁊ mūd⁹ per eū factus est: sed mūdi qui eum non cognouit q̄ꝛ et mundus eū non cognouit Hee tenebre nō sunt natura sed voluntate Anima em̄ ꝑ semet ipsam nō lucet q̄ꝛ humiliter ac veraciter cātat tu illuminabis lucernam meā domine de⁹ meus illumina tenebras meas et apud te inquit fons vite in lumine tuo videbim⁹ lumen. Non in lumine nostro sed in lumine tuo Nam ⁊ oculi nostri lumina vocantur ⁊ tn̄ lux extrinsecus si desit eciam sani ⁊ patentes in tenebris remanebunt Ergo bellū gerim⁹ aduersus rectores tenebrarū harū rcōres scilicet infidelium dyabolum ⁊ angelos ei⁹: rcōres gladiȷ̄ ei⁹. de quo pugnat dyabolus adūsus fideles Sed q̄modo golie ꝓstrato tollitur gladi⁹ vt ip̄i golie caput de gladio suo amputetur ita vt credūt ip̄i infideles dicitur eis fuistꝫ em̄ aliq̄n tenebre. nūc aūt lux in dn̄o Pugnastis de manu golie: iā in manu cristi tollite caput golie Hoc em̄ vnū prelium: alterum aūt vnicuiq̄ in seip̄o Nō gen⁹ hoc belli ex apostolica ep̄la legebat² Caro cōcupiscit adūsus spiritū. ⁊ spiritus adūsus carnem: vt nō ea q̄ vultꝫ faciatis Et hoc graue bellū et qd̄ est molestius interiūt in quo bello si fit quisq̄ victor illos. quos nō videt inimicos cōtinuo supabit Nō em̄ tēptat dyabolus vel angeli ei⁹: nisi qd̄ in te carnaliter dn̄atur Nam quō vincimus illos hostes quos nō videm⁹ nisi q̄ꝛ carnales interiores mot⁹ nostros sentim⁹: Hiȷ̄s cōfligimus ⁊ illos ꝑcutim⁹ In amore pecunie dn̄atur auaricia: dn̄ante tibi auaricia dyabolus forinsecus lucrū cum fraude proponit Plerūq̄ em̄ ad lucrū non ꝑuenis nisi fraudem feceris Propo

nit q̃ ille forinsec⁹ auaricie tue quam intus non vicisti quã non domuisti quã nõ tibi subiecisti Proponit tanq̃m atlethe suo agomtheta mal⁹ fraudẽ et lucrum. opus et p̃mium: fac et tolle Tu aũt si calcas auariciã: si tibi interius non dñatur. quã si sentiens vincis. nã dyabolũ insidiantem nõ sentis: si ergo edomuisti auariciã attendis alterũ proponentẽ opus et premiũ Quid ille proposuit? Fraudem et lucrũ Quid et iste proponit? Innocentiã et coronam Fac et tolle et ille dicit et iste Jam tu pliator interior. si non es vict⁹ auaricia. sed victor auaricie illum attẽdis et hunc vincis Discernis eñ vtrumq̃ et dicis hic video. opus et p̃mium: illic ãt escam et laqueũ Neq̃ enim aliquid dicis in te qd non ptineat ad te Etenim ex pccõ diuisus es adũsum te Trahis cõcupiscentie propaginem et traducem mortis. habes qd contra pugnes in te. habes qd expugnes in te Sed habes quẽ inuoces vt pugnantem adiuuet te et vincentem coronet te qui nõ existẽtem fecit te Quomodo inquis vincã? Ecce ip̃e apl's difficilimũ preliũ proponit et q̃ laboriosum sit aut forte insuperabile si nõ intelligo ip̃e ostendit. Caro inquit cõcupiscit adũsus spiritum et spũs aduersus carnẽ: vt nõ ea que vultis faciat. Quõ me iubes vincere. cũ ille dicat vt non ea que vult faciat? Queris quõ? Attende ad g̃ciam vasis pastoralis: lapidẽ de flumine in exceptorio lactis pone Ecce et ego tibi dico ymmo tibi ip̃a vitas dicit: prorsus nõ facis qd vis pugnã te carne adũsus spiritum tuũ Si ad istã pugnam de te p̃sumis: ãmonendus es ne frustra audieris. exultate deo adiutori nostro Si eñ p te impleres totũ. nõ esset necessarius adiutor Rursus si tu ip̃e tua volũtate nĩl ageres: nõ vocaretur adiutor Adiutor eñ aliquid agentem adiuuat Deniq̃ cũ dixisset caro cõcupiscit aduersus spiritũ et spũs adũsus carnẽ vt si ea q̃ vultis faciat et posuisset te ante te: veluti deficientem te in te cõtinuo misit ad adiutorem Qd si spiritu ducimini: nõ adhuc estis sub lege Qui eñ sub lege est nõ implet legem sed p̃mitur a lege: sicut ille dauid sub armis erat Ergo si spũ duceris vide quis te adiuuabit vt impleas qd velis: adiutor tu⁹ susceptor tuus. spes tua Qui docet man⁹ meas in pliũ et digitos meos ad bellum Manifesta eñ sunt inquit opa carnis q̃ sũt fornicationes immũdicie. ydolorũ seruitus. luxuria. veneficia. cõtentiones inimicicie. ebrietates cõmessationes et hijs similia. q̃ predico vobis sicut p̃dixi qm̃ qui talia agũt regnũ dei non possidebunt: nõ qui adũsus talia cõfligunt sed q talia agũt Cũ eñ confligis aliud est opus. cũ vincis aliud est opus: cũ pacẽ et reqem habes aliud est opus Hec dũ exemplis demonstro. paucis aduertite Suggeritur aliquid. lucrũ delectat. habet fraudẽ sed magnũ ẽ lucrũ: delectat nõ cõsentis Pugnã vide: adhuc suadetur adhuc insistitur adhuc deliberatur Ergo q̃ pugnat piclitatur Vidim⁹ pugnam: cetera videam⁹ Cõtempsit iusticiam vt fraudẽ faceret. vict⁹ ẽ. contempsit lucrum vt iusticie seruiret vicit In hijs trib⁹ victum doleo. pugnanti metuo: victori congaudeo Sed eciam ille qui vicit nũquid omnino egit in se vt prorsus eũ pecunia nõ attemptet aut nichil in eo excitet delectationis? Quãuis supabilis q̃uis cõtemptibilis q̃uis nõ solum cui non consentiat sed cũ q̃ nec pugnare dig-

netur : ineſt tñ aliqua delectatiõis ti
tilatio Jſta titilatio ⁊ ille hoſtis iam
nec pugnat nec regnat : ineſt tñ ⁊ q̃ſi
moratur in carne mortali qđ nõ erit
Ducetur em̃ totum in victoriam ſed
poſtea Nõ aũt corpꝰ quidẽ mortu
um eſt ꝑpter peccatum ⁊ iõ eidẽ cor
pori ineſt peccatum ⁊ ſi non regnat
peccatum : ſpũs aũt vita ẽ ꝑpter iuſ
ticiam Si autẽ qui ſuſcitauit criſtũ a
mortuis habitat in vobis : q̇ ſuſcita-
uit xp̄m a mortuis viuificabit ⁊ mor
talia corpa vrã ꝑpter inhabitantem
ſpiritũ eius in vobis Jbi iam nec qđ
pugnet erit nec qđ titillet totuꝫ cedet
in pace Non em̃ contraria aut con-
tra aliã naturã pugnat . ſed tanq̃m in
domo maritꝰ ⁊ vxor ſi adũſus ſe diſ
ſentiant . moleſtꝰ et p̄iculoſus labor
ſi maritus vincatur ⁊ vxor dñet̃ pax
ꝑuerſa ſi aũt vxor marito dominãti
ſubiciatur pax recta : nõ tñ aliquid ex
alia natura q꞉ ex homine fcã mulier
viro Caro tua cõiunx tua famula tu
a . qđlibet deputata . opus eſt vt ſbici
as : ⁊ ſi pugnas vt ꝑfit pugna Hoc
em̃ expedit inferiꝰ ſubici ſup̄iori vt ⁊
ille qui ſibi ſubici vult qđ eſt inferius
ſe ſubiciat ſuperiori ſuo Agnoſce or
dinem quere pacem : tu deo tibi caro
Quid iuſtiꝰ quid pulchriꝰ : Tu maio
ri : minor tibi Serui tu ei qui fecit te
vt tibi ſeruiat qđ factum eſt ꝑpter te
Nõ enim hũc ordinem nouimꝰ neqꝫ
hũc ordinem cõmendamꝰ . tibi caro
⁊ tu deo : ſed tu deo ⁊ tibi caro Si ãt
cõtempnis tu deũ : nũq̃m ſbicietᷣ ti-
bi caro Qui nõ obtẽperas deo torq̃-
ris a ſeruo Nũquid ſi nõ prius tu do
vt deinde tibi caro poteris dicere h̄
verba : bñdictus dñs deus meꝰ q̇ do
cet manus meas ad p̄lium ⁊ digitos
meos ad bellũ : Preliari vis indoctꝰ
dãpnaberis victꝰ Primo ergo te ſub

das deo . deinde illo docente te . et ad
iuuante p̄lieris ⁊ dicas : q̇ docet ma-
nus meas ad p̄lium ⁊ digitos meos
ad bellum Et cũ preliaris q꞉ dum p̄li
aris periclitaris dic q̃ ſequũtur in p̄li
andi periculo conſtitutꝰ Miſericor
dia mea nõ vincar Quid ẽ hoc miſe-
ricordia mea : Prebes michi miãm .
⁊ in me extitiſti miſericors an donaſ
ti michi vt ⁊ ipe ſim miõrs : De nulla
re ſic vincitur inimicꝰ q̃ꝫ cum miſeri-
cordes ſumus Omnino parat calũp
nias ad iudicium : ⁊ non p̄t falſa obi
cere q꞉ non eſt apud quem Si enim
apud hoiẽm iudicem nobiſcũ ageret
poſſet eũ mentiẽdo fallere ⁊ nos gra
uare criminationibꝫ falſis q꞉ v̂o apđ
talem iudicem cã noſtra cum illo eſt
qui falli nõ p̄t . ideo ambit vt ad pec-
catum ſeducat vt habeat vera q̇ obi-
ciat Et vbi o forte aliquibꝫ eiꝰ frau-
dibꝫ ſuccũbit humana fragilitas : ſeq̃
tur in cõfeſſione opus humilitatꝭ ex
erceatur in operibus miſcđie pietas
Omnia delẽtur cũ ex v̂o corde ⁊ ple
na fiducia dicamꝰ illi qui videt et di-
mitte nobis ſicut ⁊ nos dimittimus
Dic toto corde dic tota fiducia dic ſe
curꝰ . dimitte nob̄ ſicut ⁊ nos dimit-
timus : aut noli dimittere ſi nõ dimit
timus Nõ ⁊ ſi dixeris noli dimittere
ſi nõ dimittimus ꝓrſus nõ dimittit
ſi non dimittimꝰ Neqꝫ em̃ vt tu ſis i
punitus peccõr : erit ille mendax pro-
miſſor Vis inquit vt dimittã : Dimit
te Eſt aliud opus miẽ : vis vt dem da
Vno loco poſitũ eſt in euangelio . di
mittite ⁊ dimittetᷣ vobis : date ⁊ da-
bitur vobis Aliquid inq̇t ⁊ contra te
teneo . aliquid ⁊ tu cõtra alterum te-
nes dimitte et dimitto Aliqđ petis a
me . aliqđ petit alter a te . da et do Et
que dimittit que dat : Nõne caritas :
Et vñ caritas niſi per ſpiritũ ſanctuꝫ

quí datus est nobis. Si ergo per opera misericordie noster vincitur inimicus et opera misericordie habere non possemus nisi caritatem haberemus caritas autem nobis nulla esset nisi per spiritum sanctum acciperemus ille docet manus nostras in prelium digitos nostros ad bellum: illi recte dicimus misericordia mea a quo habemus eciam vt misericordes simus. Judicium enim sine misericordia illi qui non fecit misericordiam Per ua putatis opera misericordie. Libet de hijs aliquid dicere attendite primo istam sententiam de sancta scriptura deprompta quam modo commemoraui Judicium enim sine misericordia illi qui non fecit misericordiam Sine misericordia iudicabitur qui misericordiam non fecit antequam iudicaretur Quid deinde quod sequitur. Superexaltat autem misericordia iudicium Quid est hoc fratres superexaltat autem misericordia iudicium. Superponitur misericordia iudicio in quo inuentum fuerit opus misericordie: et si habuerit aliquid forte in iudicio quo puniatur tanquam vnda misericordie peccati ignis extinguitur Superexaltat autem misericordia iudicium Quid autem cum talibus subuenit et cum tales liberat et cum talibus ignoscit iniustus est deus. Absit Et ibi iustus est Non enim tollit misericordiam iusticiam nec iusticia misericordiam Vide enim si non iustus est: dimitte et dimitto da et do Vide si non iustus est: in qua mensura mensi fueritis remetietur in ea vobis. Ad hoc enim in qua mensura Non enim in mensura eiusdem generis est sed ad hoc eadem mensura. ignosce et ignosco Est apud te mensura venie dande: inuenies apud me mensuram venie accipiende Est apud te mensura tribuendi quod habes: inuenies apud me mensuram accipiendi quod non habes Misericordia mea et refugium meum: susceptor meus et erutor meus Multum laborat preliator hic tenens concupiscentem aduersus spiritum carnem tene. quod tenes: tunc

erit plene quod vis cum absorta fuerit mors in victoria quando resuscitatum mortale hoc corpus transfertur in habitudinem angelicam et in celestem subuolat qualitatem Mortui inquit in christo resurgent primi: deinde et nos viuentes qui reliqui sumus in aduentu domini simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam cristo in aera. et sic semper cum domino erimus Ibi absorbebitur mors in victoria ibi dicetur vbi est mors contentio tua vbi est mors aculeus tuus. Non enim relinquetur nec in animo nec in corpore quod rebellet aduersus amorem dei plena victoria plena pax De hac nobis preliantibus dicitur: venite filij audite me timorem domini docebo vos In prelio estis in contentione confligitis et tamen quandam requiem desideratis Quis est homo qui vult vitam et diligit videre dies bonos. Quis est qui non dicat ego. Ibi vita ibi dies boni. vbi caro nichil concupiscit aduersus spiritum: vbi non dicitur pugna sed gaude Sed quis est qui hos dies non velit. Omnis homo certe dicit ego Audi quod sequitur Video quia laboras video quia in pugna in periculo diuersaris: audi quod sequitur doce manus in prelium digitos in bellum Contine linguam tuam a malo et labia tua ne loquantur dolum: declina a malo et fac bonum Quod enim poteris facere bonum nisi declinaueris a malo. Quid quero vt vestias quem adhuc expolias. Quid quero vt dones quem adhuc rapis. Declina a malo et fac bonum Qua mercede. Non sub te ploret primo pauper: vt gaudeat de te pauper Declina a malo et fac bonum Qua mercede. Nam modo pugnas: quere pacem et persequere eam Disce: dic misericordia mea et refugium meum susceptor meus et erutor meus protector meus Susceptor meus ne cadam erutor et ne heream: protector ne feriar

Protectoꝛ meus ⁊ in ip̄o speraui In hijs omnibꝫ. in toto laboꝛe meo. in omnibꝫ p̄lijs meis : in omnibꝫ dif‑ficultatibꝫ meis in ip̄o speraui Qui subdit populū meū sub me Ecce ca‑put nostrū loquitur nobiscū. Dn̄e quid ē hō q꞉ innotuisti ei : Totū qd̄ ē hoc est : qm̄ innotuisti ei Quid ē ho‑mo qm̄ innotuisti ei Aut filiꝰ hōis qm̄ estimas eū : Estimas eū tanti fa‑cis tanti pendis oꝛdinas : nosti sub q̊ ponas . supꝛa quid ponas Estimati‑o em̄ est quanti p̄cij sit Quiqꝫ quanti estimauit hoiēm qui ꝓ eo vnici san‑guinem fudit : Quid ē homo qm̄ ino‑tuisti ei : Cui quid innotuisti : Quid ē filiꝰ hōis qm̄ estimas eū : Quoniam tanti eū pendis . tanti eū estimas : p̄‑ciosum quiddam eē ōn̄dis Nō enim deꝰ sic estimat hoiēꝫ quō hō estimat hoiēm : qn̄ inuenit seruū venalem ca‑rius equum q̄ꝫ hoiēm Ille quāti te es‑timet vide . vt possis dicere . si deꝰ ꝓ nobis quis cōtra nos : Et quāti te es‑timauit qui filio ꝓꝓrio non pepꝑcit sꝫ pꝛo nobis omnibꝫ tradidit eū : Quo‑modo nō ⁊ cum illo oiā nobis dona‑uit : Qui hanc ānonam dedit pugnā‑ti quid seruat vincenti : Ego sum in‑quit panis viuus qui de celo descen‑di Hec est ānona p̄liantium de hoꝛ‑reis inuecta dominicis vn̄ pascūtur angeli : q꞉ panem angeloꝝ manduca‑uit homo Post p̄lia v̄o ⁊ hāc anno‑nam quid seruat . quid dabit victoꝛi‑bus n̄ qd̄ in alio psalmo dicitˀ vnā pe‑cij a dn̄o hanc requiram vt inhabitē in domo domini omnibꝫ diebus vite mee vt cōtemplar delectationē do‑mini ⁊ ꝓtegat me tēplum eiꝰ : Quid est homo qm̄ innotuisti ei aut filius hōis qm̄ estimas eū : Quē : Homo vanitati similis factus est : ⁊ tn̄ inno‑tuisti ei ⁊ estimas eū Homo vanita‑ti similis factus est Cui vanitati : Tē‑poꝛibus p̄t'labentibꝫ ⁊ p̄t' fluentibus Vanitas em̄ ista dicitur : in ꝯpatioē cuiusdam semꝑ manentꝭ ⁊ nūq̄m de‑ficientis veritatis Nā ⁊ ista creatu‑ra est loci sui Impleuit em̄ deꝰ terrā sicut scriptū est bonis suis Quid est suis : Sibi cōgruentibꝫ Sed hec om‑nia terrena volatica trāsitoꝛia. si cō‑parentur illi veritati vbi dictū ē ego sum qui sum : totū ħ qd̄ transit vani‑tas dicitur Euanescit enim ꝑ tempꝰ tanq̄m in aura fumꝰ Et quid dicam ampliꝰ q̄ꝫ id qd̄ apl's iacobꝫ dixit vo‑lens hoiēs superbos ad humilitateꝫ redigere : Que em̄ inquit vita vestra Vapoꝛ est ad modicū apparens de‑inceps exterminabitur Ergo homo veritati similis factꝰ ē : peccando va‑nitati similis factus ē Nam qn̄ ē pri‑mum conditꝰ veritati similis factꝰ ē sed q꞉ paccauit q꞉ recepit dignā vani‑tati similis factꝰ est Pro iniq̄tate em̄ erudisti hoiēm dicit in alio psalmo : ⁊ tabescere fecisti sicut araneā aiām meam Itn̄ ⁊ hoc homo vanitati simi‑lis factus est Ibi quid ait : Ecce vete‑res posuisti dies meos Hic q̄d ait : Dies eiꝰ sicut vmbꝛa p̄tereunt At‑tendit sibi homo in diebꝫ vmbꝛe sue. vt faciat aliq̄d dignuꝫ desiderate luci sue : ⁊ si in nocte vmbꝛe est querat di‑em Dies em̄ huiꝰ vanitatis cognos‑centi homini dies est tribulationis. sine aliq̄ incōmoditate ⁊ aliq̄ molesti‑a noceat nobis . sine aliq̄ ꝓsperitate mūdꝰ arrideat . totū timendum ⁊ ge‑mendū est : qm̄ temptatio vita huma‑na super terram Vn̄ dicitur . tota die cōtristatus ambulabā Solacijs opꝰ habemus ⁊ quicq̄d nobis nūc exibet deus . cū ꝓspere exhibet nō est gau‑dium btōꝛum . sed cōsolatio misero‑rum Itaqꝫ agat aliq̄d in quā hō dig‑

136

num desiderata luce in istis diebus umbre sue & in nocte inquirat deum sicut scriptum est in die tribulationis mee deum exquisiui manibus meis nocte coram eo & non sum deceptus Quam dicit diem tribulationis. nisi quam dicit & noctem: Manibus meis nocte coram eo Adhuc in nocte sumus & ad prophecie lucernam vigilamus: aliquid promissum est. quod adhuc expectatur Sed quid ait apostolus petrus: Habemus certiorem propheticum sermonem cui benefacitis intendentes tanquam lucerne lucenti in obscuro loco: donec dies lucescat & lucifer oriatur in cordibus vestris Ipse dies preminum nostrum ibi est. mane exaudies vocem meam: mane astabo tibi & contemplabor Ergo operare quamuis in nocte manibus tuis: id est bonis opibus inquire deum antequam veniat dies ille qui te letificet. ne veniat qui te mestificet Vide enim quam securus operis quia non desereris ab illo quem queris. Manibus meis inquit deum exquisiui nocte coram eo vt pater tuus qui videt in occulto reddat tibi id coram eo. Interius habeas misericordiam caritatem ne aliquid facias quasi studio placendi hominibus Manibus meis opibus meis: in umbra in hac vita: vbi ipse videt non vbi placere hominibus studeo Et quid sequitur: Et non sum deceptus Homo vanitati similis factus est. dies illius tanquam vmbra pretereunt: & tamen innotuisti ei. & quid estimas eum Domine inclina celos tuos & descende: tange montes & fumigabunt Chorusca choruscationem & dispcrges eos: emitte sagittas tuas & conturbabis eos Emitte manum tuam ex alto & exime me: & erue me de aquis multis Corpus cristi humilis dauid gracia plenus de deo presumens pugnans in hoc seculo inuocat adiutorium dei: inclina celos tuos & descende Qui sunt celi inclinati: Apostoli humiliati Isti enim celi enarrant gloriam dei & de hijs celis enarrantibus gloriam dei mox dicitur. non sunt loquele neque sermones quorum non audiantur voces eorum In omnem terram exiuit sonus eorum & in fines orbis terre verba eorum Cum enim isti celi emitterent voces suas per omnes terras et facerent mirabilia: choruscante de illis & intonante domino miracula et precepta putati sunt dij descendisse de celo ad homines Nam quidam de gentibus hec putantes eis eciam sacrificare voluerunt Tunc illi videntes sibi deferri indebitum honorem & expauescentes & detestantes & eos qui sic errabant corrigentes vt ostenderent eis motum animi sui consciderunt vestimenta sua & dixerunt Quid hec facitis: Homines & nos sumus passibiles sicut & vos Et ceperunt sub hijs verbis commendare excellentiam domini nostri ihesu cristi humiliantes se vt commendaret deus quia inclinati erant celi vt descenderet deus Inclina ergo celos tuos et descende factum est tange montes & fumigabunt montes superbos elationes terrenas tumidas granditates Tange inquit tange istos montes: de gracia tua da istis montibus Fumigabunt quia fatebuntur peccata sua Fumus confitentium peccatorum: extorquebat & lacrimas humili atque superborum Tange montes & fumigabunt: quamdiu non tacti magni sibi videntur Dicturi sunt tu magnus domine: dicturi sunt & montes. tu solus altissimus in omnem terram Sed sunt quidam conspirantes conuenientes in vnum aduersus dominum & aduersus cristum eius: conuenerunt. conspirauerunt chorusca choruscationes et disperges eos Crebresce miraculis tuis: et soluetur conspiratio eorum Chorusca choruscationes & disperges eos: iam miraculis territi non audebunt aliquid contra te. & in ipsis miraculis expauescentes hesitabunt Quis est iste qui tanta potest: Quis est iste qui sic

exaltatur cui⁹ nomē tm̄ valet? Cū di
cunt quis est iste credituri sunt corus
casti miraculis ꝛ dispfisti malam cō
sensionem eoꝝ Emitte sagittas tuas
ꝛ cōturbabis eos Sagitte potentis
acute: ꝑcepta tua dicta tua feriāt cor
eoꝝ Emitte sagittas tuas ꝛ ꝯturbab
eos Vulnerentur male sani vt sanen
tur bene vulnerati: ꝛ dicant iam in ec
clesia ꝛ in corꝑe cristi cōstituti. dicāt
cum eccā qm̄ vulnerata caritate ego
sum Emitte sagittas tuas ꝛ cōturba
bis eos: Emitte manuȝ tuam ex alto
Quid postea? Quid i fine? Quomo
do hinc vt corpus cristi celesti adiu-
torio? Veniet em̄ ip̄e domin⁹ in vo-
ce archangeli ꝛ in tuba dei descendet
de celo: ip̄e saluator corꝑis man⁹ dei
Emitte manū tuam ex alto et exime
me: ꝛ erue me de aquis multis Quid
est de aquis multis? De populis mł
tis Quibȝ populis? Alienigenis. infi
delibȝ. siue foris oppugnantibȝ siue
intus insidiantibȝ Exime me de aq̄s
multis in quibȝ me exercebas: in qui
bus me ad exuendū a sordibȝ volue-
bas Exime me de aquis multꝫ Hec ē
illa aqua contradictionis Exime me
inquit ꝛ erue me de aquis multis Au
diamus iam de istis aquis multꝫ a q̄
bus eruet deus corp⁹ cristi sui: a qui
bus eruet deus humilitatem dauid.
Quid est de aquis multis? Quid dix
isti ne aque aliter intelligātur? Quid
dixisti aquas multas? Quid dixi au-
di [D]e manu filioꝝ alienorū Audi-
te frēs inter quos sim⁹ iter quos vi
uamus a quibus erui desideramus.

[Q]uorum os locutum est vanita-
tem Hodie vos omnes si nō adhuc
diuina spectacula verbi dei cōgrega
ti essetis et eis hac hora permixti vi-
ueretis. quātas vanitates audiretꝫ?
Quorum os locutum est vanitatem
Quando deniq̄ loquentes illi vani-
tatem. audirent vos loqui veritatē?
Quorum os locutum est vanitatē?

[E]t dextera eoꝝ dextera iniquita-
tis Quid tu inter eos. cum vase pas-
torali habente quinq̄ lapides? Dic m
aliter eādem legē quam significasti
quinq̄ lapidibus: significa et aliter.

[D]eus canticum nouum cantabo
tibi Canticū nouum gratia est. canti
cum nouū hōis noui est. canticū no-
uum testamenti noui est Cātabo ti
bi inq̄t canticuȝ nouū Sed ne putes
grām a lege discedere cū magꝫ ꝑ gra
ciā lex impleatur [I]n psalterio de-
cem cordarum psallā tibi In psalte-
rio decē cordarum. in lege decē pre-
ceptorum ibi tibi psallā. ibi tibi gau-
deam ibi tibi cantem cāticū nouū: q̄
plenitudo legis caritas est Ceterum
qui non habent caritatē portare psal
terium pn̄t: cantare non pn̄t Ego ita
q̄ inquit inter aquas cōtradictionis
cātabo tibi cāticum nouum: ꝛ nūq̄m
strepitu suo facient aque cōtradicti
onis vt obmutescat psalteriū meum
In psalterio decē cordarū psallā tibi

[Q]ui das salutē regibȝ iā fumātibȝ
montibȝ [Q]ui redemit dauid seruū
suum Agnoscitꝫ dauid: estote dauid
Vn̄ redemit dauid seruū? Vn̄ rdemit
xp̄m? Vn̄ redemit corpus xp̄i? [D]e
gladio maligno erue me De gladio n̄
sufficit: addit maligno Proculdubio
ē gladi⁹ benign⁹ Quid est gladi⁹ be-
nign⁹? De q̄ dn̄s dicit nō veni pacem
mittere in terrā sȝ gladiū Sepatur⁹
em̄ erat fideles ab infidelibus. filios
a pn̄tibus et ceteras necessitates di-
repturus. gladio putredinem absci-
denti mēbra aūt cristi sananti Est er
go benign⁹ gladi⁹ bis acut⁹: vtroq̄
acumiē ꝑpotēs veteris et noui testa
mēti narratiōe ꝑteritoꝝ ꝓmissiōe fu

turorũ Est ergo iste gladi⁹ benign⁹ ille aũt malignus est quo illi loquuntur vanitatē: q₂ benign⁹ est quo de⁹ loquitur vitatem Ergo a gladio maligno erue me Filij quippe hoim detes eoꝝ arma ⁊ sagitte: ⁊ lingua eoꝝ gladius acut⁹ Ab h̄ gladio maligno erue me Quē dixit mõ gladiuȝ: ipas supius dixit aquas multas Erue me de aquis multis Quas dixi aq̄s multas: ipm dico gladiũ malignũ Deniq̄ de aquis multis cũ dixisset: secut⁹ est de manu filioꝝ alienoꝝ quoꝝ os locutum ē vanitatem Et vt noueris ipos dici. cuȝ et hic dixisset de gladio maligno erue me: secut⁹ ē Et eripe me de manu filioꝝ alienoꝝ quoꝝ os locutum est vanitatē. similiter sicut ibi ⁊ q̄ sequitur Dextera eorũ dextera iniquitatis hoc et supra posuerat q̄n eas dixerat aquas multas Tu enim ne aq̄s multas bona putares: exposuit eas in gladio maligno Nũc ergo exponat q̄ dixit: quoruȝ os locutũ est vanitatē et dextera eorum dextera iniq̄tatis Quoꝝ vanitatem locutũ est os eoꝝ: Et quomodo dextera eorum dextera iniquitatis: Quoꝝ filij ipoꝝũ velut nouelle cõstabilite in iuuentute sua Felicitateȝ ipoꝝum vult enumerare Attendite filij lucis filij pacis attendite filij eccl'e mēbra cristi attendite quos dicat alienigenas. quos dicat filios alienos quos dicat aq̄s cõtradictionis q̄s dicat gladiũ malignum Attendite obsecro q₂ inter istos piclitamini: int̄ horum linguas adūsus carnis vr̄e desideria dimicaris Inter horũ linguas positas in manu dyaboli de quibus pugnat colluctationē habetis nõ aduersus carnem ⁊ sanguinē sed aduersus principes ⁊ potestates ⁊ rcõres mũdi tenebrarũ harũ hoc est iniquo

rum Attendite vt discernatis vos attendite ne putetis verã felicitatē esse quam sibi optant hoiēs aut infirmi aut maligni Ecce frēs certe filios alienos dixit: certe aquas multas certe gladiũ malignum Videte vanitatē quã loquũtur et cauete ne talia loq̄mini cauete ne talia loquētes imitemini quoꝝ os locutum ē vanitatem ⁊ dextera eoꝝ dextera iniq̄tat꜒ Quã vanitatem locutũ est os eoꝝ. et que dextera eoꝝ iniquitatis est dextera: Audi quoꝝ Filij eorũ velut nouelle constabilite a iuuentute sua Filie eoꝝ cõposite ⁊ ornate sicut similitudo tēpli Cellaria eoꝝ plena eructantia ex hoc in hoc Oues eorũ fecunde multiplicantes in egressib₃ suis boues eoꝝ crasse Nõ ē ruina sepis nec exit⁹ nec clamor in plateis Ergo nõ est felicitas: Interrogo filios regni celoꝝ. interrogo ꝓgeniem resurrectionis ineternuȝ. interrogo corpus cristi mēbra cristi templũ dei ergo n̄ est ista felicitas habere filios incolumes filias ornatas plena cellaria habundantia pecora. nullã ruinã nõ dico pietis sed nec sepis nullũ tumultum ⁊ clamorem in plateis sed quietem pacē habũdantiam copiã reruȝ in domib₃ in ciuitatib₃: Ergo nõ ē ista felicitas: Aut debeant eã iusti defugere: Aut non inuenis domũ iusti habũdantem reb₃ hijs omnib₃ plenã ista felicitate: Nõ erat dom⁹ abrahe habũdans auro. argento filijs familia pecorib₃: Nõne iacob scūs patriarcha fugiens a facie esau fratris sui in mesopotamiam seruiēs ditat⁹ egressus est et egit gratias domiō dõ suo quia in virga sua transijt fluuiuȝ. ⁊ regressus est cum tanta habundantia pecorum atq₃ filiorum: Quid dicim⁹: Nõ ē ista felicitas: Sit licet. s₃

sinistra Quid ē sinistra? Tpalis mor
talis corporalis Nolo illā iā defugi
as: sed neqȝ dexterā putes Nō enim
isti ideo maligni. ideo vani qꝛ hijs ha
bundant. sed qꝛ id qđ sinistrum eē de
buit in dextero ponebāt Jō ꝛ dexte-
ra eoꝝ dextra iniquitatis iō os eoꝝ
locutū est vanitatem: qꝛ hoc in dex-
tera posuerunt. qđ in sinistra habere
debuerunt Quid ē in dextera pone-
re debuerunt? Deum eternitatem. an
nos dei nō deficientes: de quibȝ dici
tur ꝛ anni tui nō deficient Jbi dexte
ra. ibi esse debet desideriū nostrū Si
nistra vtamur ad tempꝰ: dexterā de
sideremus ineternū Diuitie si afflu-
ant ne apponatis cor Si em̄ diuitijs
fluentibȝ cor apposueritis: qđ sinis-
trum est dexterū facietis Corrigite
vos agnoscite sapientiam amplectē
tem vos. cui dictū est: sinistra eiꝰ sb
capite meo: ꝛ dextera eiꝰ cōplectet᷑
me Videte amatoria scā cantica vide
te cantica canticoꝝ nuptiarū celesti-
um xpi et eccľe Quid dicit sponsa de
sponso? Sinistra eiꝰ sub capite meo
ꝛ dextera eiꝰ amplectetur me Sinis
tra sb capite: dextera sup caput Am
plectentis em̄ desuper brachiū super
caput. sinistra āt subter caput Sinis
tra inquit eiꝰ sub capite meo Nō ei
me deseret et in tpalibus necessarijs
sed tn̄ ipa sinistra sub capite erit Nō
capiti ꝓponetur sȝ sub capite erit: vt
dextera eiꝰ cōplectatur me. pollicēs
vitam eternā Jta em̄ sinistra sub ca-
pite si dextera sup caput: impleturqȝ
qđ ad thymotheū scriptū est. ꝓmissi
onem habens vite p̄sentis et future
Promissionem inquit habens vite p̄
sentis ꝛ future Quid in p̄nti? Sinis-
tra sub capite Quid in futuro? Dex-
tera eiꝰ cōplectetur me Tpi necessa
ria q̄ritis: q̄rite primū regnū dei id ē
ad dexteram et hec omnia apponen
tur vobis Habebitis h̄ inqt diuitias
ꝛ gloriam et in futuro sclo vitā eter-
nam: ꝛ sinistra cōtinebo infirmitatē
vrām ꝛ dextera coronabo ꝑfectionē
vrām An forte apostoli relinquētes
oiā sua. aut paupibȝ qđ habebant dis
tribuētes sine diuitijs in h̄ sclo remā
serunt? Et vbi ē illa ꝓmissio sinistre.
accipiēt in hoc sclo septies tm̄? Mul
tiplicationem ꝓmisit Et reuera quid
desit homini dei? Si quis forte infi-
delis est vnā domū aut paucas ha-
bet: fidelis hōis totus mūdus diuici
arum est Vide sinistrā eiꝰ plenam sb
capite: accipiet in hoc seculo septies
tm̄ Videte dexterā cōplectentem ꝛ i
futuro seculo vitam eternā Merito
ꝛ alio loco de ipa sapientia dicitur in
dextera eiꝰ anni vite et in sinistra eiꝰ
diuitie ꝛ honor Vn̄ ergo isti vanilo-
qui? Quare vanitatem locutū est os
eoꝝ? Quia dextera eoꝝ dextera iniq
tatis Nō ergo eos arguo qꝛ filij eo
rum velut nouelle cōstabilite a iuuē
tute sua nec qꝛ filij eoꝝ ornate sicut
similitudo tēpli est: nec qꝛ cetera ha-
bundantia ꝛ pax terrena adheret eis
Sed quare arguo? B eatū dixerūt
populū cui hec sunt O loquētes ho-
mines vanitatē. beatū dixerūt popu
lum cui h̄ sunt Perdiderūt verā dex-
teram maligni puersi: beneficia dī in
uersi se vestierunt O maligni o vani
loqui o filij alieni beatū dixerūt po-
pulum cui h̄ sunt Qđ ad sinistrā erat
ad dexteram posuerunt beatum dix
erunt populū cui h̄ sunt Quid tu da
uid? Quid tu corpꝰ cristi? Quid vos
mēbra cristi? Quid vos nō filij alieni
sed dei? Qm̄ vaniloqui filij alieni bea
tum dixerūt populū cui h̄ sunt vos qđ
dicitis? B eatꝰ ppľs cuiꝰ dn̄s deus
ipsius Habete ergo sinistram sed in

ſiniſtra deſiderate dexterā vt pona-
mini ad dexteram Ad ſiniſtrā em̄ ha
buerunt ſiniſtrā. apud quos eſuriuit
⁊ dederunt ei mādu care. ſitiuit potū
dederunt. hoſpes fuit ſuſceperūt. nu
dus fuit veſtierunt h̄ totū de ſiniſtra
abſtulerunt ⁊ ad dextere opa trāſtu
lerunt vt ad dexterā ponerētur Dix-
erunt ergo vaniloqui filij alieni bea-
tum populū cui h̄ ſunt: vos dicite no
biſcum btūs ppl's cuiꝰ dñs deꝰ ipiꝰ
Explicit p̄s cxliij. Incipit p̄s centeſi
mus q̄dragesimꝰ quartꝰ

Laudare vobiſcū dn̄m deſi-
derauimꝰ: ⁊ qm̄ concedere
dignatꝰ eſt. vt laus quā illi
dicimus habeat ordinē ſuū. ne forte
aliquo exceſſu quē laudat offendat.
meliꝰ iter laudis in ſcriptura dei q̄ri-
mus ne ab ipa via nec in dexterā nec
in ſiniſtram digrediamur Audeo em̄
dicē caritati veſtre vt bn̄ ab homine
laudetur deꝰ. laudauit ſeip̄e deus: et
q2 dignatus eſt laudare ſe. iō inuenit
hō quēadmodū laudet eū Neqꝫ em̄ h̄
p̄t dici deo qd̄ dictū eſt homini nō te
laudet os tuū Vt em̄ ſe homo laudet
arrogantia eſt: vt deꝰ ſe laudet miā ē
Prodeſt amare quē laudamꝰ: bonū
amādo nos meliores efficimur Ita
qꝫ qm̄ h̄ nobis ꝓdeſſe nouit vt ame-
mus eum. laudando ſe amabilē ſe fa
cit ⁊ in eo nobis cōſulit q2 ſe amabi-
lem facit Exhortatꝰ ergo cor noſtrū
in laudē ſuam: ⁊ ſpū ſuo impleuit ſer
uos ſuos vt laudarent eū Et qm̄ ſpi
ritus eiꝰ in ſeruis eiꝰ laudat eū. quid
aliud q̄ꝫ ip̄e ſe laudat
Pſalmus

Exaltabo te deꝰ meus rex me
us ⁊ bn̄dicam nomen tuū in
ſeculum ⁊ in ſeculū ſeculi Videtis in
choatam eē laudē dei: ⁊ vſqꝫ ad finez
pſalmi laus ipa ꝑducitur Deniqꝫ ti-
tulus pſalmi ē laus ipi dauid Et quo
niam dictꝰ eſt dauid q̇ venit ad nos
ex ſemine dauid. ip̄e aūt rex noſter ē
regens nos ⁊ introducēs nos in reg
num ſuuz: intelligitur laus ipi dauid
laus ipi criſto Criſtꝰ aūt ſcd̄m carnē
dauid q2 filiꝰ dauid: ſcd̄m diuinitatē
āt creator dauid ⁊ dn̄s dauid Deniqꝫ
⁊ apl's cū honoraret ṗmū populū dī
vn̄ ⁊ apoſtoli ipi crediderunt et mul
te eccē ꝑme facte ſunt facientes in
multis hōim milibꝫ qd̄ mō ex euāge
lio diues vnꝰ audiuit ⁊ triſtis abceſ-
ſit id eſt vendētes omnia q̄ habebāt
⁊ diſtribuentes paupibꝫ ⁊ ꝑfectionē
in dn̄o requirentes: cū ergo laudaſ-
ſet ipm populū ṗmū ſic ait. quorum
patres et ex quibꝫ xp̄us ſcd̄z carnem
qui eſt ſup ōnia deꝰ bn̄dictꝰ in ſecula
Quia itaqꝫ ex ipis xp̄us ſcd̄m carnez
iō dauid: q2 vero ip̄e ē ſup omnia de
us benedictꝰ in ſecula ideo exaltabo
te dn̄e deus meus rex meꝰ. ⁊ benedi
cam inquit nomē tuū in ſeculū ⁊ in ſe
culum ſeculi Forte in ſeculū h̄: in ſe-
culum aūt ſeculi ineternū Mō āt in
cipe laudare: ſi ineternū laudaturus
es Qui laudare nō vult in trāſitu hꝰ
ſeculi: obmuteſcet cū venerit ſeculuz
ſeculi Proīn ſequētibꝫ v̄ſibus prope
hoc dixit Ne q̇s eciam aliter intelli-
geret qd̄ ait laudabo nomē tuū in ſe-
culum ⁊ q̄reret aliud ſeculū qn̄ lauda
ret Per ſingulos inquit dies bene
dicam te Lauda ergo ⁊ benedic do-
minum deum tuū per ſingulos dies
vt cum finiti fuerint ſinguli dies ⁊ ve
nerit ſine fine vnus dies. eas ex lau-
dibus in laudem ſicut ex virtutibus
in v̄tutem Per ſingulos inquit dies
benedicam te: non tranſiet dies q̊ te
non benedicam Nec mirum eſt ſi le-
to die tuo benedicis deum tuum:
quid ſi forte illuxerit aliquis triſtꝫ di

es ſicut ſe habent humane res . ſicut
eſt habundantia ſcandaloꝝ ſicut eſt
multiplicatio tēptationū . q̄d ergo ſi
aliquid accidat triſte hōi . defines lau
dare deum defines bñdicere creato-
rem tuū : Si defines : mētitus es di-
cendo ꝑ ſingulos dies bñdicā te do-
mine Si aūt nō defines ⁊ ſi tibi vide
tur in die triſti male : erit tibi in dō tu
o bene Eſt em̄ et qn̄ male ē tibi vt bn̄
tibi ſit Si em̄ in aliquo malo male ē
tibi : ꝓculdubio in aliquo bono bene
erit tibi Et quid tam bonū q̄ȝ deꝰ tu-
us de quo dictū ē . nemo bonꝰ n̄ vnꝰ
deꝰ : Nam q̄ȝ ſit ſecura iſta laudatio
⁊ q̄ȝ ſit ſecurum h̄ bn̄ intelligere de ip
ſo bono Nā ſi gaudes de bono q̄d ti
bi accidit per diem fortaſſe trāſit alio
die hoc vn̄ gaudes bonuȝ Bn̄ fuit m̄
bonū diem duxi : q̄ꝛ forte lucra vene
runt . aut inuitatus es . aut in epulis
diu fuiſti Gaudes q̄ꝛ in epulis diu fu
iſti : alter te dolet q̄ꝛ nō erubuiſti Ve
rūptamen de quocū̄q̄ȝ tali bono gau
deas : certe trāſitorium ē Si āt gau-
deas in deo tuo audies dicentē ſcrip
turam . delectare in dn̄o : tanto firmi
us gaudebis quāto eſt ille certioꝛ in
quo gaudebis Si em̄ gaudes de nū
mo times furem Si aūt gaudes de
deo q̄d times : Ne tibi quiſq̄m aufe-
rat deum : Deuȝ nemo tibi auferet ſi
tu eum nō dimiſeris Nō enim ſic eſt
deꝰ quō lux iſta de celo fulgens non
qn̄ volumꝰ ad eā accedimus q̄ꝛ nō in
omni loco lucet Per infirmitatē noſ
tram forte fit vt hyeme nos delectet
eē in ip̄a luce : nūc aūt per eſtatē vide
tis q̄ꝛ magis eū locū q̄ſiuimꝰ vt in ip
ſa luce nō ſtaremꝰ In deo āt tuo qn̄
ſtas ⁊ in lumine eiꝰ veritatis delec-
taris : nō q̄ris locum quo ad eum ac-
cedas ſed cōſcientia accedit . cōſcien
tia recedit Nō dictuȝ ē accedite ad eū
⁊ illuminamini . aīō dictum ē nō vehi
culo . affectibȝ dictū ē nō pedibȝ : ⁊ cū
in eo ſtabis . eſtus nō patieris Spi
dixit crescāt zyzania decrescat triticū
vtrumqꝫ creuit: Quare nō apparet
mō spūs scūs in liguis ōibꝰ? Immo
vero apꝑet in linguis ōibꝰ Tūc em̄
nōdū erat eccl'a ꝑ terraꝝ orbem dif
fusa. vt membra xp̄isti in omnibus
gētibus loquerētur: Tūc implebat᷑
in vno. qḋ p̄nūciabatur in omnibꝰ:
Iam totum corpus xp̄isti loquit᷑
oīm linguis. ꝛ quibus nondum loq̇
tur loquetur Crescit em̄ ecclesia do
nec occupet om̄s linguas: Qḋ vos
deseruistis quousqꝫ creuit? Tenete
vobiscum quousqꝫ accedat. vt nobis
cum ꝑueniatis ad ea que nōdum ac
cessit Loquor oīm linguis audeo ti
bi dicere in corꝑe xp̄isti sum in ec=
clesia xp̄isti sum Si corpus xp̄isti
oīm linguis iam loquitur. ꝛ ego in
omnibus linguis sum Mea est gre
ca. mea est syra. mea est hebrea. mea
est oīm gētium. quia in vnitate sum
om nium gentium: Ergo frēs cepit
eccl'a ab ihr̄lm. vt ꝑ om̄s gētes pro
pagaretur Quid euidētius h̄ testiō
nio legis ꝓphāꝝ ipsiꝰ dn̄i? Apl'orum
vbiqꝫ ꝑsonāt voces. reddētes testiō
niū spei nostre in vnitate corpis xp̄i
Gaudete in frumētis. tolerate zyza
nia. gemite in tritura. suspirate in
horreum Veiet illō tempus q̇ gau=
debimꝰ ꝯfirmat᷑ vectibꝰ portaꝝ ihe
rusalē: Intret q̇ intraturꝰ ē. q̇ illuc
māifestꝰ intrabit. huc fictꝰ ñ intret:
Qui āt huc fictꝰ itrat foris ē: Foris
ē ꝛ nescit. vētilabꝝ ꝓbat: vectes ꝓba
būt Qui mō ve intꝰ ꝛ vacit intꝰ. ibi
firmiter intus Qui aūt hic toleran=

do intus. ibi gaudēdo intus. Fines
eī ihrl'm pax. q̄a posuit inquit fi̅es
tuos pacem: Modo desideramus
pacem quam hic habemus in spe
Adhuc eī in nobisipsis qualis pax?
Caro cōcupiscit adūsus spm̄. spūs
aūt aduersus carnē: Ubi plena pax
in vno hoie? Tūc erit plena in omni
bus ciuib⁹ ihrl'm. Quādo erit plēa
pax? Quādo corruptibile hoc indu
erit incorruptionem. & mortale hoc
induerit immortalitatem: Quādo
erit plena in vno homiē. tunc plena
pax. tūc firma pax: Nichil litigat ad
uersus aiām in homine. nō ipsa ad
uersum se ex quadam pte saucia. nō
carnis fragilitas nō indigētia cor-
poris nō fames nō sitis nō frig⁹ nō
estus. nō lassitudo nō vlla inopia n̄
puocatio rixe: nō certe ipsa sollici-
ta cautela & vitādi inimici & diligēdi
Hec ōnia frēs mei litigāt aduersus
nos. nōdum est plena & perfcā pax.
Quod clamastis qui iam dudū no-
minata pace ex desiderio clamastis
clamor vester de siti erat nō de satu
ritate. q̄a ibi erit pfecta iusticia vbi
pfecta pax. Modo esurimus & siti
mus iusticiam. beati qui esuriūt & si
tiūt iusticiam qm̄ ipsi saturabūtur:
Quomodo ipsi saturabuntur? Cum
ad pacem venerimus: Ideo cū dix-
isset. qui posuit fines tuos pacem.
quia ibi saturitas & nulla indigentia
subdidit statim: Et adipe frumen
ti satians te: Frēs qm̄ pax ipsa de q̄
loquimur nōdum est in totis nobis.
id est in vnoquoq₃ nostrum tota. ad
huc forte a spū vestro delectat audi
re. Sed si nichil resistit & reuelat ex
torpore finiem⁹ psalmū Fatigatos
vos nusq₃ video. tn̄ vereor nouit de
us ne oneri sim vobis aut q̄busdam
fribus. & video studia mltor exigē
tiū hūc laborē de me & sudorē. quem
credo in dn̄o nō futur infructuosum:
Gaudeo tātam ēe voluptatē in vita
te vbū dei. vt studiū vrm bonū i bo
no & de bono vincat studiū isanorū
currētiū in āphiteatrū: Nūq̄d illi si
tam diu starēt adhuc spectarēt: Er-
go frēs audiam⁹ cetera. quia h̄ vul
tis. Assit dn̄s. assit & viribus & mēti
bus nostris: Qui posuit fines tuos
pacē. ad illā ihrl'm dicit. & adipe fru-
menti saciās te: Trāsijt fames & sitis
iusticie. succedit saturitas Qui ibi e
rit adeps frumēti. nisi panis ille qui
descēdit de celo ad nos? In pria ipa
quō saturabit. qui in pegriātiōe sic
pauit? Iam modo de ipsa pegriātio
ne nr̄a locutur⁹ est. q̄ venit ad illam
ihrl'm vbi collaudabimus dn̄m Lau
dabimus deum nr̄m nos ihrl'm nos
spō. qn̄ cōfirmabūtur vectes porta
rū nostrar: Etem̄ ille q̄ tūc satiabit
adipe frumēti. quid facit in ista pe-
griātione? Qui emittit vbū suum
terre. Ecce in terra laboramus fessi
lāguidi pigri frigidi. qn̄ leuaremur
ad adypē frumēti saciātē. nisi mitte
ret vbum suum terre qua grauaba
mur terre qua impediebamur a re-
ditu? Misit vbum suum n̄ deseruit
etiam in heremo pluit mān̄a d̄ celo:
Qui emittet vbum suū terre. & ve-
nit ad terras verbum eius Quomo
do eius. aut quod est verbum eius?
Usq₃ in velocitatem currit vbum
eius: Nō dixit velox est vbum eius
currit verbum eius vsq₃ in velocita
tem Intendamus frēs. nō potuit
eligere melius verbum. calidus ca-
lore calescit. frigidus frigore friges
cit. velox velocitate velox fit: Quid
calidius ipso calore. quo calet quic

quid fit calidum? Quid frigidi⁹ ipso
frigore. quo frigescit quicquid frigi
dum fit? Quid ergo velocius ipa ve
locitate. qua velox fit q̄cquid velo-
citer currit? Possunt dici multa ve-
locia alia magis ⁊ alia minus. ⁊ tan
to queq3 res velox est. q̄to est pti-
ceps velocitatis. Illa res magis p
ticeps velocitatis ergo magis ve-
lox. aut minus pticeps velocitatis
ergo minus velox. ipsa itaq3 veloci
tate quid veloci⁹? Ergo quousq3 c⁹-
rit? Usq3 in velocitatem Quantum
vis auge q velox est v̄bum. ⁊ dic ve
locius est q̄3 illud aut illud. q̄3 aues q̄3
venti q̄3 āgeli. nūquid aliquid horū
tm̄ q̄ta ipsa velocitas vsq3 in ipsam
velocitatem? Velocitas ipsa quid ē
fr̄es? Ubiq3 est. nō est in pte Hoc p
tinet ad verbum dei nō esse in pte.
vbiq3 esse p ipsum verbum ex quo
dei virtus ⁊ dei sapientia est nōdū
assumpta carne Si cogitemus deū
in forma dei. v̄bū equalem patri. ip
sa est sapiētia dei de qua dictum est.
attigit a fiē vsq3 ad finē fortit̄ Q̄nta
velocitas? Attigit a fine vsq3 ad finē
fortit̄: S3 forte imobilitate attigit
Si imobilitate tq̄3 moles aliq̄ saxea
impleat locū aliquem. dicitur quod
attingit eiusdē loci a fine vsq3 ad fi
nem nō tamē motu Quid ergo dici
mus? Nō h̄et motū v̄bum illud. et
sapiētia illa stolida est? Et vbi est qđ
dicitur de sapiētie spiritu cum mul-
ta dicerētur. acutus inquit mobilis
certus incoinquinatus? Sic vtiq3
sapientia dei mobilis Si ergo mo-
bilis. quādo hoc tangit illud nō tan
git Aut hoc tangit illud deserit? Et
vbi est velocitas? Hoc facit veloci
tas. vt ⁊ vbiq3 sp̄ sit et nusquam in
clusa teneatur. Sed cogitare ista n̄
possumus. pigri sumus: Quis is-
ta cogitet? Et reuera fratres quoni
am dixi quomodo potui. si tamen
potui si intellexi. ⁊ quomodo po
tuisti intellexisti: Sed quid dicit a-
postolus? Ei autem qui potens est
facere supra q̄3 petimus aut intelli-
gimus Quid hic ostendit? Quia q̄ci
enscumq3 intellexerimus. non intel
leximus sicuti est: Quare h̄? Corp⁹
em̄ quod corrumpitur aggrauat a
nimam: Ergo in terra frigidi sum⁹:
Velocitas em̄ feruēs est. ⁊ omnia
feruētia velociora. omnia frigida
tardiora: Nos tardi ergo frigidi. il
la autem sapientia currit vsq3 in ve
locitatem: Ergo feruentissima est.
nec est qui se abscondat a calore ei⁹
Nos ergo qui frigidi corporis tar
ditate. vinculo terrene vite huius
corruptibilis onere nullam ne spem
habem⁹ ad capiendum verbum. qđ
vsq3 in velocitatem currit? An vero
ille q̄uis ex corpe in infima depres-
sos deseruit? Nonne ipse predesti-
nauit nos antequam in isto morta
li ⁊ pigro corpore nasceremur? Qui
ergo predestinauit nos dedit terre
niuem ipsos nos: Iam em̄ veiam⁹
ad illos psalmi v̄sus subobscuros. i
cipiāt illa inuolucra euolui. quoniā
nos in v̄bum dei q̄to magis p nos
dicitur. tāto auidiores inuēit: Ecce
nos pigri in hac terra quasi congela
uimus hic. ⁊ quomō cōtingit niuib⁹
rursus em̄ gelāt ⁊ in yma decidunt.
sic frigescēte caritate decidit huma-
na natura in has terras. ⁊ pigro cor
pe inuoluta velut nix facta ē Sed is
ta niue sunt predestinati filii dei:
Dat em̄ ille niuē velut lanā Quid
est velud lanam? Id est de niue quā
dedit de ipsis pigris adhuc spiritu ⁊
frigidis quos predestinauit. factu
rus ē aliquid Lana ei materies ves-

tis est: Lana cum videtur. veluti p̄paratio est aliqua ad vestem: Ergo predestinauit qui ad tempus frigidi repu̅t in terra. ꝛ nōdū feruēt spū̅ caritatis. de p̄destinatione em̄ adhuc loquitur. veluti lanā dedit hos deus. ꝛ facturus est inde vestem: Merito in mōte vestis xp̄risti fulsit sicut nix. Fulgebat vestis xp̄risti sicut nix. tāquam de illa lana iam facta erat tunica. de qua lana id est de niue quam dedit sicut lanam adhuc predestinati pigri erant: Sed expecta. vide quid seq̄tur. q̄a sicut lanam dedit eos fit inde tunica Quomodo em̄ dicitur ecclesia corpus xp̄risti. dicitur ꝛ vestimētum xp̄risti ipsa eccl'a: Inde est illud quod ait ap̄l's. vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiaꝫ nō habētem maculam aut rugam Ergo exhibeat sibi gloriosam ecclesiam nō habentem maculam aut rugam: Faciat sibi vestem de illa lana quam predestiāuit in niue. adhuc in hominibus incredulis ꝛ frigidis ꝛ pigris. faciat vestem de hac lana vt abluatur a maculis. mūdetur a fide. vt rugam nō habeat tendatur in cruce Qui dat niuem sicut lanam: Iam si p̄destinati sunt. vocādi sunt. Quos em̄ p̄destinauit illos ꝛ vocauit: Iā quomodo vocātur ex lāguore corporis illius vt sani fiāt. quomō vocātur? Audi euāgelium. nō veni vocare iustos sed pccōres in penitētiam: Incipit ergo iam predestiātiōe vis illius cognoscere torporem suum accusare pccm̄ suū. incipit vocatione venir e ad penitētiam: Merito ergo qui dat niuem velut lanam ꝓpter cōfectum tunice. futuri etiaꝫ ꝓpter vocationem in penitentiam:

Nebulam velut cinerem spargit: Nebulam inquit velut cinerem spargit. Quis? Qui dat niuem sicut lanam: Quos em̄ p̄destinauit vocat i penitentiam. quia quos p̄destiāuit illos ꝛ vocauit. Cinis āt ad penitentiam ꝑtiēt Audi vocantem ad penitētiam. cū exprobrauit q̄busdam ciuitatibus dicēs. ve tibi corrozaim. ve tibi bethsaida. quia si in tyro ꝛ sydone facte essent virtutes que facte sunt in vobis. olim inquit in cilicio ꝛ cinere penitētiā egissent: Ergo nebulam velut cinerem spargit: Quid est nebulam velut cinerem spargit? Cum vocatur quisq̄ȝ ad intelligēdū deum. ꝛ dicitur illi. cape veritatem. incipit velle capere veritatem. non sufficit. videt se quādam caliginem pati quam antea nō videbat. Adhuc est ergo illa nebula. vt noueris nescire te. ꝛ noueris q̄d scire optеat. et videas te inualidum. ad illud sciēdū q̄d optet sciri Nam si iniusta nebula iam ante presumpseris scire. audies ab apostolo. qui se putat aliq̄d scire nōdum scit q̄admodum oporteat eum scire Ergo nōdum comp̄hendisti. adhuc nebulam pateris: Sed nōdum te deseruit qui accēdit tibi lucernam carnis sue Nō erres i nebula. fide sequere: Sed quia conaris videre ꝛ nō potes. peniteat te pccōrum. quia nebula sicut cinis sparsa est Quid iam te peniteat? Contumacem fuisse aduersus deum Quid iam te peniteat? Secutum fuisse vias tuas malas. ꝑuenisse in istam difficultatem illius beate visionis. et erit tibi salubris nebula quā sicut cinerem sp̄git deus Tu ipse es adhuc nebula. sed velut cinis Adhuc em̄ penitētes volutātur in cinere fratres mei. tanq̄ȝ similes se cōtestātes. dicētes deo suo cinis sum. Dixit em̄ quedā scriptura. despexi memetipȝ ꝛ dis

tabui et estimaui me terrā et cinerem Hec ē humilitas penitent. Qñ abraham loqtur ad deū suū et qñ vult sibi apiri incendiū sodomorum: ego inqt terra et cinis sum Quō fuit ista sp humilitas in magnis et sanctis viris. Nebulam ergo sicut cinerē spgit Quare: Quia quos predestinauit illos et vocauit: q nō venit vocare iustos .sz peccōres in pniām Qui emittit cristallum suuz velut frusta panis Non denuo laborādū ē dicere quid sit cristallum: plocuti em sum et credo nō excidisse caritati vestre Quid ergo ē mittit cristallū suū velut frusta pāis Quō nix illa ipius qz pdestinatoruz ē. quō nebula illa ipius qz ipi vocantur ad pniām qui pdestinati sunt ad salutem: sic ē quodāmodo cristalluz ipius Quid ē cristallū: Multū obdurauit multū gelauit: nō iā sicut nix facile solui pt Nix multorum annorum tpe durata et serie sclorum cristallū dicitur et hoc mittit velut frusta pāis Quid hoc sibi vult Fuerūt nimis duri. non iam niui sed cristallo cpandi: et ipi pdestinati sunt et vocati et quidā eoruz ita vt pascerent alios et eent vtiles et aliis Et quid opus ē vt numeremus multos forte quos nouim illū aut illum Occurrit vnicuiqz cogitāti ex hiis qui nō nūqm forte duri et ptinaces et obnitentes adūsus vitatem fuerunt et mō pdicant vitatem. facti sūt frusta panis Quis ille: Unus pāis inquit apls. multi vnū corp sumus in cristo Unus panis vnū corp multi sumus ipe dicit Ergo si vn panis totum corp cristi: mēbra cristi frusta panis sūt De quibusdā duris facit mēbra sua: et vtilia ad alios pascendos Quid imus p multos Notissimum paulū apostoluz intueamur Nichil nobis isto viro notius nichil suaui

nichil in scripturis familiari est et si fuerint qui ex tanta duricia cōuertātur in quāta ipe fuit. panis fiant. ipo Posito ad exemplū oēs currāt vt explicetur sensus iste Mittit cristallū suū sicut frusta panis Ecce cristalluz erat apostolus paulus. durus obnitens vitati: clamās adūsus euangelium tanqm indurās adūsus solem. Iste qz durus fuit crescens in lege erudit ad pedes gamalielis leg doctoris: Nō audiebat moysen et pphetas cristū pdicantes Magna duricia Certe gentes nō audierūt pphetas. nō audierunt moysen: frigidi erant sed cristallū non erāt Ille q credebat in vbis pdicantibz xpm. et cristo venienti nō credebat nimis obdurauerat Quia ergo cristallū erat. nitidus videbatur et candidus: sed durus et nimiū gelidus Quō nitidus et candidus: Hebreus ex hebreis: scdz legem pharizeus Vide nitorē cristalli: audi duriciam cristalli Scdz emulationē psequēs eccām dei Inter lapidatores sancti stephani martiris: ibi erat iste durus et forte ceteris durior Omniū em lapidantiū vestimēta seruabat: vt ōniū in manibz lapidaret Ergo videm niuem. nebulaz. cristallū: bonū est vt ille spiret et soluat Si em ipe nō spirauerit. si nō ipse duriciā glaciei h dissoluerit In faciē frigoris ei qs subsistet: In faciem frigoris ei Cui: Dei Uñ est ei frigus: Ecce deserit pccōrē. ecce non vocat: ecce nō apit sensum ecce non infūdit grām Saluatur hō si potest grē: nō pt stulticie Quare nō pt: In faciem frigoris ei qs subsistet: Vide ergo cgelascentem illū dicentem. video aliam legē in mēbris meis repugnantē legi mentis mee: et captiuum me ducentē in lege peccati q est

in mēbris meis Miser ego hō quis
me liberabit de corꝑe mortꝫ huiꝰ: Ec
ce frigesco ecce cōgelasco .quo calo-
re soluar vt curram: Quis me libera
bit de corꝑe mortꝫ huiꝰ: In faciē fri-
goris eiꝰ quis subsistet: Et quis seip
sum liberabit .si ille deseruerit: Et q̇s
liberat: Gracia dei per ihm xp̄m do-
minum nostrū Audi et hic grām dei
Qui mittit cristalluꝫ suū sicut frusta
panis .in faciem frigoris eiꝰ quis sb
sistet: Ergo despatio est: Absit Seq
tur enim E mittet v̄bum suū ⁊ ta-
befaciet ea Nō ergo despet nix .non
despet nebula: nō despet cristallum.
De niue tanꝙ de lana cōficitur ⁊ tu-
nica Nebula illa in penitentia salutē
inuenit: qꝛ quos p̄destinauit illos et
vocauit Sed licet sint inter p̄destina
tos durissimi . ⁊ multo quasi tp̄e cō-
gelauerint ⁊ cristallū facti fuerint: n̄
erunt duri miē dei Emittet v̄bum su
um ⁊ tabefaciet ea Quid ē tabefaci-
et: Ne forte in malo intelligatꝫ tabe
faciet: liq̄faciet dissoluet Duri sunt ei
per supbiam Merito ⁊ supbia stu-
por dicitur Quicq̄d em̄ stupidū ē fri
gidum ē Rigorem passi hoīes coti-
die dicūt obstupuit Ergo supbia stu
por est Emittet v̄bum suū ⁊ tabefa-
ciet ea Et reuera cumuli niuis cū ca-
lefiunt: deliquescūt in hūilitate Quo
modo ergo q̄si montem niuis erigit
stupor: sic stultos erigꝭ supbia Emit
tet v̄bum suum ⁊ tabefaciet ea Ecce
venit illud cristallū Saulus pꝰ cedē
⁊ lapidationem stephani . duricia q̄-
dam stupidꝰ in xp̄m: pecijt lr̄as a sa-
cerdotibꝫ . vt vndiqꝫ exhibeat cristia
nos anhelans cedes Durus ē iste cō
tra ignem dei ⁊ gelidus Sed q̄ꝙ es
set durus q̄ꝙm gelidus ecce ille q̇ e-
mittet v̄bum suū ⁊ tabefaciet ea: cla
mauit de celo feruidꝰ saule saule q̇d

me ꝑseq̄ris Vna illa voce tāta illa du
ricia cristalli resoluta est Emittet er
go v̄bum suū ⁊ tabefaciet ea Nō des
peretur de cristallo . q̄to minꝰ de ni
ue vl' de nebula: De ip̄o cristallo non
despetur Audi vocē quādam cristal
li: qui prius fui blasphemꝰ ꝑsecutor
⁊ iniuriosus Sed quare soluit cris-
tallum deus: Ne de se nix ip̄a despet
Ait em̄ .ideo miām ꝯsecutꝰ sum vt in
me oñderet xp̄us ih̄s oēm pacienti
am ad informationem eoꝝ qui credi
turi sunt illi in vitam eternā Clamat
ergo deꝰ ad gentes: solui cristallum
venite niues Emittet v̄bum suū ⁊ ta
befaciet ea S pirabit sp̄us ⁊ ꝓflu-
ent aque Ecce cristallū ⁊ niues resol
uūtur eant in aq̄s .qui sitiunt veniāt
⁊ bibant Saulus durus vt cristalluꝫ
stephanum est ꝑsecutus ad mortem
paulus iam in aqua viua gentes vo
cat ad fontem Spirabit sp̄us eius ⁊
ꝓfluent aque Sp̄us feruēs: vn̄ dic-
tum est in alio psalmo conuerte dn̄e
captiuitatē nr̄am sicut torrens in au
stro Captiuitatem em̄ ih'lm tanq̄m
ꝯgelauerat in babilonia Flat auster
soluitur rigor captiuitatis: ⁊ curriti
deum feruor caritatis Spirauit spi
ritus eiꝰ ⁊ ꝓfluent aque: fiat in eos
fons aque salientis in vitam eternā
A nnūcians v̄bum suum iacob iust
ticias ⁊ iudicia sua isrl' Quas iustici
as . ⁊ q̄ iudicia: Quia ⁊ q̇tq̇d h̄ huma
num genꝰ an̄ perpessum est . cū esset
nix ⁊ nebula ⁊ cristallum merito per
pessum ē supbie ⁊ elationis in deum
Recurramꝰ ad originem casus nos
tri: ⁊ videamꝰ quia verissime in psal
mo cantatur priusq̄m humiliarer e-
go deliqui Sed qui dicit priusꝙ hu-
miliarer ego deliqui: ip̄e dicit bonuꝫ
michi q̄m humiliasti me . vt discā ius
tificationes tuas Has ergo iustifi-

cationes a deo didicit iacob qui fecit
ip̄m iacob luctari cū angelo .in cuiꝰ
angeli persona ip̄e dn̄s erat luctatus
tenuit.vim fecit.vt teneret inualuit:
vt teneret fecit se teneri miā nō infir
mitate Luctatꝰ ergo iacob p̄ualuit
tenuit: ⁊ quē videbatur vicisse rogat
vt bn̄dicatur ab eo Quō intelligebat
cū quo luctatus fuerat quē tenuerit?
Quare violēter ē luctatus ⁊ tenuit?
Quia regnū celoꝝ vim patitur ⁊ qui
vim faciunt diripiūt illud Ergo qua
re luctatus? Quia cū labore Quare
vix tenemꝰ qđ facile amisimus: Nec
facile recipiendū est qđ amisimꝰ Dis
camus ꝑdere qđ tenemꝰ: labore et ho
mo vt teneat Tenebit ad firmitatē
qđ tenuerit post laborē Ergo h̄ iudi
cia sua deꝰ manifestauit iacob ⁊ isrl'
Apertiꝰ dicam .id est qꝛ et iusti qui h̄
sunt .labores. piacula. molestias pas
siones ꝓ merito patiuntur iusto iu
dicio dei qꝛ ille solus p̄t dicere sine cā
hic passus sum. Quis ideo nō sine cā
qꝛ ꝓpter nos: qui solus p̄t dicere q̄ n̄
rapui tunc exsoluebam q̄ solus potu
it dicere .ecce venit princeps hꝰ mun
di ⁊ in me nichil inueniet Et q̄si dice-
retur ei ⁊ quare ergo pateris: sequi-
tur ⁊ dicit sed vt sciant oēs qꝛ volun
tatem patris mei facio surgite eamꝰ
hinc Ceteri omnes merito suo iudi
cio dei ⁊ ꝓ iusticia q̄ patiuntur nō si
bi arrogent: q̄si habeant pasionē in-
nocentie q̄lis in xp̄o erat Audi apos
tolum petrū: tempꝰ est inquit vt iu-
dicium incipiat a domo dm̄ Exhor-
tans martires ⁊ testes d̄i vt omnes
minas fremētes seculi patientissime
tolerent in semetip̄is ait illis. tēpus
est inchoationis iudicij ex domo dei
Si aūt inicium a nob̄. quis finis eo
rū qui non credūt dei euangelio? Si
iustus vix saluus fit. pccōꝛ ⁊ impius

vbi parebunt? Annūcians v̄bum suū
iacob: iusticias ⁊ iudicia sua israhel.
Non fecit sic vniūse genti Nemo
vos fallat: nō nūciatum est alicui gē
ti hoc iudiciū d̄i quō patiūtur iusti et
iiusti Quomō? Pro merito omnes
Quomodo In grā dei Non in suis
meritis liberantur ip̄i iusti Nō ānū
ciatum est h̄ vniuerse gēti: sed soli ia
cob soli isrl' Quid ergo nos facimus
si nō annūciauit vniūse genti .sed tm̄
iacob tm̄ isrl'? Vbi erimꝰ nos? In ia-
cob ⁊ in isrl' Iudicia sua nō mani-
festauit eis Quibꝫ? Omnibꝫ gentibꝫ
Et quomō vocate sunt niues soluto
cristallo? Quō vocate sunt gētes ius
tificato paulo? Quō nisi vt eēnt in ia
cob Precisus est oleaster vt inseretᷣ
in oliuam Iā ad oliuā ꝑtinet iā non
debent dici gentes ſꝫ vna gens in cris
to Gens in iacob gens in isrl' Quare
gens iacob et gens isrl'? Quia iacob
de ysaac ysaac de abrahā Abrahe aūt
quid dictū est? In semine tuo bn̄dicē
tur omnes gentes Hoc idē dictum
est ad ysaac hoc ⁊ ad iacob Pertine-
mus ergo ad iacob qꝛ pertinemꝰ ad
isrl' Pertinemꝰ ad abraham: semen
em̄ abrahe non me vel quolibet hoīē
sed ap̄lo sancto interp̄tante xp̄ūs ē.
⁊ ip̄e ait non dicit ⁊ seminibꝫ tāq̄m in
multis sed tꝫ̄ in vno ⁊ semini tuo qđ
est cristus Si vnum semē vnꝰ iacob
vnus isrl': ⁊ omnes gētes vnꝰ in cris
to: ergo ad ōnes ꝑtinet gentes qđ re
uelabit ip̄e iacob ⁊ ip̄e isrl': ⁊ illi soli ī
alijs gentibꝫ deputandi sunt. qui no-
lentes credere in xp̄o nolunt recede
re ab oleastro ⁊ inseri oliue: remane
būt in siluosis ramis steriles et ama
ri Gaudeat iacob qui ē supplantatoꝛ
esau: qꝛ supplantauit frēm suū Ceci
tas eni ex ꝑte israhel facta ē vt pleni
tudo gentium intraret De iacob fac

tus est isrl' Quid est isrl'? Jam ões
audiamus omnes isrl' siue qui h est ꝫ
in mẽbris cristi siue qui foris ⁊ nõ fo
ris ⁊ ꝑ omnes gẽtes vbiqꝫ foris vbi
qꝫ intus Audiat ipe isrl' qui ex iacob
factus est isrl' Quid est isrl'? Videns
deum Vbi videbit deuz? In pace In
qua pace? Pacem ihrl'm q₂ posuit in
quit fines tuos pacem Ibi laudabi-
mus oẽs vnus in vno: ad vnũ erimꝰ
q₂ deinceps multi dispsi non erimꝰ
Explicit ps̃ cxlvij. Incipit psalmꝰ
cxlviij.

MEditatio p̃ntis vite nostre
in laude dei esse debet. quia
exultatio sempiterne futu
re nostre vite laus d̃i erit ⁊ nemo p̃t
ydoneus fieri future vite. qui se ad il
lam modo nõ exercuerit Nõ ergo
laudamꝰ deum sed ⁊ rogamꝰ deum
Laus nostra leticiam habet: orõ ge
mitum Promissum est em̃ nobis ali
quid qd̃ nõdum habemꝰ. et q₂ verax
ẽ qui promisit in spe gaudemꝰ: q₂ tñ
nondũ habemꝰ in desiderio gemimꝰ
Bonũ est nobis pseuerare in deside
rio donec veniat qd̃ ꝓmissum est. et
transeat gemitus ⁊ succedat sola lau
datio Propter hec duo tpa. vnũ qd̃
nunc est in tempestatibus et tribula
tionibus huiꝰ vite alterũ quod tunc
erit in securitate ⁊ exultatione perpe
tua. instituta est nobis eciã celebra-
tio duoꝝ tpm: añ pascha ⁊ post pas-
cha Illud qd̃ est ante pascha signifi-
cat tribulationem in q̃ modo sumus
qd̃ vero nunc agimꝰ post pascha sig
nificat beatitudinem in qua postea e
rimus Ante pascha ergo qd̃ celebra-
mus hoc et agimus. post pascha aũt
qd̃ celebramus significamus ⁊ non-
dũ tenemꝰ Propterea illud tempus
in ieiunijs ⁊ orationibꝫ exercemur h
vero tps relaxatis ieiunijs in laudi-
bus agimus Hoc est enim alleluya
qd̃ cãtamus qd̃ latine interpretatur
vt nostis laudate dñm Illud id̃ tem
pus añ resurrectionem: hoc tempꝰ
post resurrectionem dñi est Quo tẽ
pore significatur vita futura quam
nõdum tenemus: q₂ quod significa
mus post resurrectionem dñi tene-
bimus post resurrectionem nostraꝫ
In capite em̃ nostro nob̃ vtrũqꝫ fi-
guratum ẽ: vtrũqꝫ demõstratum est
Passio domini oñdit nobis vitã pre
sentis necessitatis q̃ oportet ⁊ labo-
rare ⁊ tribulari ⁊ ad extremuꝫ mori.
resurrectio v̂o et clarificatio dñi os-
tendit nobis vitam quã accepturi su
mus cũ venerit retribuere digna dig
nis mala malis bona bonis. Et quo
dãmodo mali oẽs cantare nobiscuꝫ
p̃nt alleluya. si aũt in malicia sua pse
uerauerint. canticũ vite nostre futu-
re dicere possunt labijs. ipam v̂o vi-
tam q̃ tunc erit in ea veritate q̃ nunc
significatur optinere non p̃nt: q₂ no
luerunt meditari añq̃m veniret ⁊ te-
nere qd̃ venturum erat Nunc g̊ frẽs
exhortamur vos vt laudetis deũ: et
hoc est qd̃ vobis omnes dicimꝰ quã
do dicimus alleluya Laudate domi
num dicis tu alteri. dicit ipe tibi: cuꝫ
se omnes exhortantur ões faciunt
qd̃ hortantur Sed laudate totis vo
tis. id est nõ vt sola lingua ⁊ vox vrã
laudet deum. sed ⁊ ꝯscientia vrã vita
vestra facta vestra Etem̃ laudamus
mõ in ecclesijs qñ cõgregamur. cum
quisqꝫ descẽdit ad ꝓpria quasi cessat
laudare deum Nõ cesset bene viuere
⁊ sempꝑ laudat deũ Tunc desinis lau
dare deũ: qñ a iusticia et ab eo qd̃ illi
placet declinas Nam si a vita bona
nũq̃m declines. lingua tua tacet vita
tua clamat: ⁊ aures dei ad cor tuum
Quõ em̃ aures nostre ad voces nos

tras: sic aures dei ad cogitatiões nos
tras Non pt aūt fieri vt habeat ma
la facta: qui habet bonas cogitatio=
nes Facta em̄ de cogitatione proce
dunt nec quisq̄m pt facere aliqd aut
ad aliquid agendū mēbra mouere ni
si priō pcesserit iussio cogitationis.
Quō de interiori palatio quicqd ius
serit impator p imperiū romanū e=
manat: q̄cquid videtis agi p prouin
cias. Quāt⁹ motus fit ad vnā iussio
nem impatoris intus sedētis: Mo
uet solum ille labia cū loquitur ꝛ mo
uetur omnis puincia cū fit qd loqui
tur Sic ꝛ in vnoquoqꝫ nostrū intus
est impator in corde: sed ꝛ si bonus
bona iubet bona fiunt. si malus ma=
la fiunt Cum ibi sedet xps. quid po=
test iubere nisi bona: Cū possidet dy
abolus. quid pt iubere nisi mala: In
tuo āt arbitrio deus te eē voluit cui
pares locū deo an dyabolo: cū para
ueris. qui possidebit ipe impabit Er
go frēs non tm̄ ad sonum attendite
cū laudatis deum: toti laudate Can
tet vox cantet vita cātent facta ꝛ si ē
adhuc gemit⁹. tribulatio. temptatio
speret transitura ōnia ꝛ illum vētu=
rum diem quo sine defectu laudabi=
mus Ecce iste psalm⁹ qm̄ manifest⁹
est currendus ē nobis Distribuit em̄
vniūsam creaturam laudātem deuꝫ:
ꝛ tanq̄m hortatur vt laudet q̄si inue
niret tacentem ¶ Psalm⁹

Laudate dn̄m de celis Quasi i
ueniret tacētes in celis laudē
domini: ꝛ exhortatur vt surgāt ꝛ lau
dent Nūq̄m celestia laudes cōdito=
ris sui tacuerūt: nūq̄m terrestria de
um laudare cessarunt Sꝫ plane sunt
q̄dam q̄ habent spiritū laudandi deū
in eo affectu quo eis placet de⁹ Ne=
mo aūt laudat nisi qd ei placet Sūt
aūt alia que spiritum vite ꝛ intellec=
tum ad laudandū deū non hn̄t: sꝫ qꝛ
ꝛ ipa bona sunt ꝛ in ordine suo inte=
gre disposita sunt ꝛ ad pulchritudinē
vniūsitatis referuntur quā condidit
deus ipa quidē p se voce sua ꝛ corde
suo nō laudant deū. sed cū ab intelli=
gentibꝫ cōsiderantur p ipa laudatur
deus: ꝛ cū per ipa laudatur de⁹ quo
dāmodo ꝛ ipa laudāt deū Verbi gra
cia laudant deū in celis oiā q̄ habent
spiritum vite et intellectū purum ad
eum cōtemplandū et sine fastidio et
defectu diligendū Laudant aūt dn̄m
per intellectū in terra discernendi bo
num ꝛ malū et per intellectū cognos
cendi creaturam et creatorēh. oiēs q̄
ista cogitāt ꝛ quibꝫ tribuit dn̄s men
tem discernēdi ista delectādi atqꝫ lau
dādi. hoiēs pn̄t Pecora nūqd habēt
huiusmodi intellectuꝫ: Si haberent
huiusmōi intellectū pecora: non no
bis diceret de⁹ nolite eē sicut equus
ꝛ mul⁹ quibꝫ nō est intellectus Quā
do hortatur nos vt nō sim⁹ sicut pe
cora sine intellectu ōndit nobis quia
homini tribuit intellectū ad laudan=
dum deū Arbores nūquit vel vitam
hn̄t. ipam q̄ sentiūt sicut pecora: Nā
pecora ꝛ si sensum interiorē rōnalēꝫ
ꝛ mentē intelligentē atqꝫ discernentē
nō hn̄t quā hō habet vt laudent deū:
hn̄t tn̄ vitam manifestaꝫ Nouimus
appetendi cibū. vtilia sumendi. nox=
ia respuendi. sensus corpalia discer=
nendi. visum ad colores. audituꝫ ad
voces. olfactū ad odores. gustuꝫ ad
sapores: motus vel ad voluptates ꝟ
ad molestias cognoscendas Intelli
gimus h̄. ꝛ videmus an̄ oclos nr̄os
Non hn̄t ratione intelligendi: sꝫ ha=
bent spiritū corpis aiāti ꝛ vitam ma
nifestam Arbores āt nec ipm habēt:

& tñ oiã laudant deũ Quare laudant deum? Quia cũ ista videm⁹ & consideramus creatorem qui ea fecit. de illis nascitur in nobis laus dei & cũ ipsorum cõsideratione laudatur de⁹: oiã ergo laudant deum Cepit ergo iste de celo: laudant omnia & dicit laudate Quare cuz laudant dicit laudate? Quia delectatus est in eo quod laudant & placuit ei quasi adiungẽ hortationem suã. quomodo si vẽias ad homines bonũ aliquid operantes cuz gaudio. siue in vinea siue in messe siue in agricultura placet tibi quod faciunt & dicis facite agite: non vt tũc incipiãt facere qñ dicis sz qz placet tibi qđ facientes inueneris adiungis gratulationem et exhortationem tuam Dicendo enim facite & exhortãdo facientes: voto quasi facis cum ill' In hac ergo exhortatione plenus spiritu propheta dicit Hic & psalm⁹ est aggei & zacharie: sic habet titulum Isti duo prophete eo tpe quo captiu⁹ populus tenebatur in babilonia. prophetabant iam futurum finem captiuitatis: vt restauraretur ciuitas iherusalem q̃ bello ceciderat Significauerunt ergo nobis in misterio vitã futuram. vbi laudem⁹ deũ post captiuitatem vite pñtis. vbi erit innouatio ciuitatis illi⁹ magne ihrl'm vnde pegrini suspiramus captiuati adhuc sub onere & sarcina corporis mortal' vnde adhuc gemimus in pegrinatione: exultabimus ãt in patria Qui ãt non gemit pegrinus nõ gaudebit ciuis: qz desiderio non est in illo Prophete ergo isti sancti magnã cõsolationem pbuerunt tũc captiuato populo scđm carnem. id ẽ constituto in babilonia sub regibz alienigenis Ostendebant enĩ p propheciam futurum temp⁹ liberationis a captiuitate instaurationis ihrl'm: sed illa oiã in figura gesta sunt. hñt v̾itatem suã Figurata sunt in antiquis: pñtia ostenduntur in nobis Modo ergo qđ dicit apostolus: Quã diu sum⁹ in corpore pegrinamur a dño: nõdum sumus in patria Qñ erimus in patria? Quando triumphabim⁹ deuicto inimico dyabolo: qñ mors nouissima inimica destruetur Tunc fiet sermo q̃ scriptus est absorta est mors in victoria Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors acule⁹ tu⁹? Qñ ergo nulla erit mortis cõtentio q̃ modo ẽ et facit nos gemere ex defectu. ex mobilitate rerũ et fragilitate carnis humane. cõtendunt nobiscũ cotidie tẽptationes. cõtendũt cotidie delcãtioẽs. & si non cõsentim⁹ tñ molestiã patimur & contendim⁹ et magnũ periculum est. ne qui cõtendit vincatur Si aũt nõ cõsentiendo vincam⁹ molestias tñ patimur resistendo delectationibus Non cessat & non morit' hostis: nisi in resurrectione mortuorum Sed psumam⁹ fidam⁹: erigunt nos agge⁹ & zacharias cãtant futurã liberationẽ nrãm Si illi pp'lo cãtauerũt & impletũ est xpiano pp'lo qđ cantatur nõ implebitur? Securi estote nõ tm̃mõ in ista pegrinatione vite hui⁹ sed quõ hic agatis videte nõ vob placet amor babilonie ne obliuiscamini ciuitatẽ ihrl'm: & si corpus vestrũ adhuc in babilonia tenetur. cor vrm̃ ad ihrl'm pmittatur. Laudet ergo tota creatura dñz: qz hoc ibi facturi sum⁹ qđ hic pmeditamur Laudate dñz de celis Laudate eum in excelsis Primo de celis dicit: postea de tra Laudatur enĩ de⁹ qui fecit celũ & terram Celestia tranquilla sunt pacata sc: ibi semp gaudiũ. nulla mors. nulla egritudo nulla molestia: sp laudant deuz

beati Nos āt adhuc visuri sumꝰ :sed
cū cogitamꝰ quō illic laudetur deus.
cor ibi habemꝰ . et nō sine cā audimꝰ
sursum corda. Levemꝰ cor sursuꝫ ne
putrescat in terra :qm̄ placet nob̄ qd̄
ibi agūt angeli Nō nos spe postea
re ⁊ cū illuc venerimꝰ Laudate ergo
eū in excelsis Laudate eū oēs an
geli eiꝰ laudate eū ōnes v̄tutes eius
Laudate eū sol ⁊ luna : laudate eū ō
nes stelle ⁊ lumē Laudate eū celi ce-
loꝝ et aque q̄ sup̄ celos sunt laudent
nomen dn̄i Qn̄ explicat oīā numerā
do Sꝫ tn̄ summatim q̄si oīā ꝑstrinxit
⁊ ꝯclusit omnia celestia laudātia cre
atorem suū Et q̄si diceretur ei q̄re il-
lum laudāt quid illi debent quid illis
ꝯtulit vt laudent eū :sequitur Qm̄
ipe dixit ⁊ facta sunt :ipe mandauit ⁊
creata sunt Non mirū si opa laudēt
opatorem Non mirū est si facta lau
dent factorem :non mirū si creatura
laudet creatorē Ibi ⁊ xp̄s noiātꝰ est
⁊ quasi nō audiuimꝰ nomē ipiꝰ q̇ est
xp̄us In p̄ncipio erat v̄bum ⁊ v̄buꝫ
erat apud deū ⁊ deꝰ erat v̄bū . hoc e-
rat in p̄ncipio apud deū : ōnia ꝑ ipm
facta s̄t et sine ipo factū ē nichil Per
qd̄ facta sunt :Per v̄bum .quō hic os
tendit q2 ꝑ v̄bum facta sunt Ipe dix
it ⁊ facta sunt : ipe mandauit ⁊ crea-
ta sunt Nemo dicit nemo mandat n̄
v̄bum Statuit ea in seculū et in se
culum seculi Omnia celestia oīā su-
periora : v̄tutes omnes atq̄ āgelos
ciuitatē quādam sup̄nam bonā sanc
tam btām Vn̄ qm̄ ꝑegrinamur mise
ri adhuc sumꝰ : et quo redituri in spe
beati . ⁊ quo cum redierimꝰ in re bea
ti Statuit ea in seculū ⁊ in scl'm seculi
Preceptum posuit ⁊ nō preteribᵗ
Quale p̄ceptū putatis habere celes-
tia ⁊ angelos sanctos :Quale p̄cep-
tum dedit illis deꝰ : Quale nisi vt lau
dent illū beati :Quoꝝ h̄ est negociuꝫ
laudare deū Non arant nō semināt
nō molunt nō coquūt Opa em̄ sunt
ista necessitatis: ibi necessitas nō est
Nō furantur nō dep̄dantur nō adul
terantur Opa em̄ sunt ista iniquita-
tis :ibi iniquitas nō est Nō frangūt
panē esurienti.nō vestiūt nudū .non
suscipiunt ꝑegrinum nō visitāt egro
tum :nō cōcordant litigiosum nō se-
peliunt mortuū Opa em̄ sunt ista mi
sericordie :ibi aūt nulla miseria ē in q̄
fiat miscd̄ia O .beati putamꝰ erimꝰ
nos : Si ei suspiremꝰ de suspirio ge
mamus Et quid sumꝰ vt ibi simus :
Mortales ꝓiecti abiecti :terra ⁊ ci-
nis Sꝫ qui ꝓmisit op̄s deus si ⁊ nos
attendamꝰ quid sumꝰ: Si ad illū. de
us est op̄s est Nō est facturꝰ ange-
lum ex hoīē qui fecit hoīēꝫ ex nichilo
Aut v̄o ꝓ minimo habet deꝰ hoīēm
ꝓpter quē mori voluit vnicū suū :At
tendamꝰ ad iudiciū dilectōis ⁊ pro-
missionis dei Tales arras accepimꝰ
tenemꝰ mortem xp̄i .tenemꝰ sangui
nem cristi Quis mortuus est: Vnicꝰ
Pro quibꝫ mortuꝰ est : Vtinā ꝓ bo-
nis :vtinā ꝓ iustis Sꝫ quid ē : Etem
xp̄us ait apostolus ꝓ impijs mor-
tuus ē Qui donauit impijs mortem
suā .qd seruat iustis nisi vitaꝫ suam
Erigat ergo se humana fragilitas. n̄
desꝑet . non se collidat . nō se auertat
non dicat non ero Qui promisit de-
us est ⁊ venit vt promitteret :appa-
ruit hominibus venit suscipere mor
tem nostram .promittere vitam su-
am Venit ad regionem peregrinati-
onis nostre accipere hic quod habū
dꝫ opprobria flagella colaphos spu
ta in faciem cōtumelias spineam co
ronam .suspensionem in ligno . cru-
cem . mortem . Hec habundant in

regione nostra: ad talia cõmercia ve
nit Quid hic dedit quid hic accepit?
Dedit exhortationem. dedit doctri-
nam dedit remissionem peccatorũ:
accepit contumelias mortem crucẽ
Attulit nobis de illa regione bona ⁊
in regione nostra ipe pertulit mala.
Promisit tñ nobis quod ibi futuri si
mus vñ venit: et ait Pater volo vt
vbi ego sum ⁊ ipi sint mecũ Tanta p̄
cessit dilectio q̄ vbi nos eramus fuit
nobiscum: vbi ipe est erim⁹ cum illo
Quid tibi p̄misit deus o hõ mortal?
Quia victur⁹ es in eternũ Non cre-
dis? Crede Plus est iã qd̃ fecit q̃ qd̃
p̄misit Quid fecit? Mortuus est p̄
te Quid p̄misit? Vt viuas cũ illo In
credibilius ẽ qd̃ mortuus ẽ eternus:
q̃ vt ineternũ viuat mortalis Iã qd̃
incredibilius est tenem⁹ Si xp̄c ho-
minem mortu⁹ ẽ deus. nõ est victu-
rus hõ cum deo? Non est victurus
mortalis in eternũ p̄pter quẽ mortu
us est qui viuit ineternũ Sʒ quomõ
mortuus ẽ deus. ⁊ vñ mortuus ẽ de
us ⁊ potest mori deus? Accepit ex te
vñ moreretur p̄ te Nõ posset mori
nisi caro non posset mori nisi morta
le corpus Induit se vbi moreret̃ p̄
te: induet te vbi cũ illo viuas Vbi se i
duit morte? In v̄ginitate m̄ris Vbi
te induet vita? In equalitate patris
Elegit sibi hic thalamũ castũ: vbi cõ
iungeretur sponsus sponse Verbum
caro factuʒ est: vt fieret caput eccl'e.
Verbum em̄ ipm̄ nõ est pars eccl'e: sʒ
vt eẽt caput eccl'e. carnem assumpsit
Quiddã nostruʒ iam sursum ẽ: qd̃ h̄
accepit vbi mortuus est vbi crucifix
us est Iã quedam primicie tue p̄ces-
serunt ⁊ dubitas q̄ secutur⁹ es. Er-
go cõuertat se ⁊ ad terrena: q̄ iã dix
it laudes celestiũ Laudate domi-
num de terra Superi⁹ enim vnde ce
pit: Laudate dominũ de celis: ⁊ enar
rauit celestia Modo audi terrestria
Dracones ⁊ omnes abyssi Abyssi
profũditates aquarum sunt: maria
omnia ⁊ nubilosus iste aer. ad abys-
sum p̄tinet Vbi nubes. vbi venti. vbi
tempestates vbi pluuia. choruscatio
nes tonitrua grãdines nix et quicq̃d
vult deus fieri sup terras de isto hu-
mido ⁊ caliginoso aere. totũ hoc ter
re nomine appellauit q̄ nimis muta
bile est atq̄ mortale: nisi forte puta-
tis quia sursum pluit stellis Omnia
ista hic fiunt p̄pe ad terram Et aliq̃n
sunt homines in cacuminibus mon
tium nubes sub se vident et fiunt ple
rumq̄ pluuie: ⁊ apparent bene intẽ
tis omnia ista que perturbato aere
cõcitantur hic fieri in ista mundi p̄te
infima. propterea ad istam caligino-
sam id ẽ ad hunc aerem tanq̃ ad car-
cerem dampnatus est dyabolus: de
apparatu superiorum angelorũ lap
sus cum angelis suis Nam aposto-
lus hoc de illo dicit: scd̃m principem
potestatis aeris hui⁹ qui nunc op̄a-
tur in filios diffidẽtie Et alius apos
tolus dicit. si enim deus angelis pec
cantibus non pepcit. sed carceribus
caliginis inferi retrudens. tradidit i
iudicio puniendos seruari: infernuʒ
hoc appellans qd̃ inferior p̄s mundi
sit Noli ergo cogitare qd accipit dy-
abolus: sed quid perdidit Omnia er
go ista videtis qualia sunt: mutabi-
lia. turbata. terribilia. corruptibilia.
tamen habent locum suum habẽt or
dinem suum. implent et ipa vniuer-
sam pulchritudinem pro modo suo:
et ideo laudant dominum Conũsus
ergo ad illa tq̃m exhortans ⁊ ipa ym
mo exhortãs nos vt eoꝝ p̄sideratõe

laudemus dominum. sic em̄ laudant
deū cū ꝯsiderata pariūt laudem dī ce
pit dicere. laudate dn̄m de terra. dra
cones ⁊ omnes abissi Dracoēs circa
aquam ṽsantur de speluncis ꝓcedūt
ferūtur in aera: cōcitatur ꝓpter eos
aer Magna q̄dam sunt animantia
dracones: maiora non sunt sup ter-
ram Propterea inde cepit: dracones
⁊ omnes abyssi Sunt aūt spelunce a
quarum latentiū vn̄ flumina vn̄ fon
tes ꝓcedunt. vt fluant sup terrā alia
occulta subter eunt: et totū hoc atq̄
omnis ista humida natura aquarū
simul cū mari ⁊ isto infimo aere abis
sus vel abissi vocantur. vbi viuūt dra
cones ⁊ laudant deū Quid putamꝰ
q̄ choros faciūt dracones ⁊ laudāt
deum abissi? Sed vos cōsiderantes
dracones. attendite artificem draco
num creatorē draconum Et cū mira
mini dracones ⁊ dicitis magnꝰ deus
qui hec fecit: dracones laudant deū
de vocibus suis Et dracones ⁊ ōnes
abyssi Ignis. grando. nix. glacies
spūs tempestatis q̄ faciunt ṽbū eiꝰ
Quare hic addidit q̄ faciūt ṽbum eꝰ?
Multi stulti nō valentes cōtempla
ri ⁊ discernere creaturam locis suis
⁊ ordine suo sub nutu ⁊ iussu dei agē
tem motus suos. visum est illis q̄ su
periora omnia deꝰ gubernat. inferio
ra vero despicit abicit deserit. vt nec
curet ista nec gubernet: nec regat sed
casibus regantur quō pn̄t qua pos-
sunt. ⁊ mouēt illos qui dicunt aliquā
do sibi sed nō dicant tibi. id ē ne audi
endo consentias qn̄ ista dicunt: blas
phemia enim sunt et execrabilia deo
Si deus plueret. nūquid plueret in
mare? Qualis inquiūt ꝓuidētia: ge
tulia sitit ⁊ mare cōpluitur Acute si-
bi videntur tractare Quib; dicendū
ē hoc: getulia sit. vt tu ne sitires Bo
num enim erat vt diceres dō Anima
mea velut terra sine aqua tibi Q̄ð a-
lio loco aperte dicitur sitiuit tibi aīā
mea q̄ꝫ multipliciter tibi et caro mea
Et dn̄s in euangelio: beati qui esuri
unt ⁊ sitiunt iusticiam quoniam ipsi
saturabuntur Iste em̄ iam saturatꝰ
est qui talia disputat. ⁊ quasi doctus
sibi videtur: nec vult discere: ideo nō
sitit Nam si sitiret vellet discere ⁊ in
ueniret quia totum dī ꝓuidentia fit
in terra: ⁊ eciam miraretur disposita
mēbra pulicis Attendat caritas ves
tra Quis disposuit mēbra pulicis et
culicis vt habeant ordinem suum ha
beant vitam suam habeant motum
suum? Vnam bestiolam breuem. mi
nutissimam considera. quā volueris
si cōsideres ordinem mēbrorum ipiꝰ
⁊ aīātionem vite qua mouetur. et ꝓ
se fugiat mortem. amat vitam appe
tit voluptates deuitat molestias ex
erit sensus diuersos: viget in motu
cōgruo sibi Quis dedit aculeum cu-
lici quo sanguinem sugat? Q̄m tenu
is fistula est qua sorbet? Quis dispo
suit ista? Quis fecit ista? Expauescis
in minimis lauda magnū Hoc itaq̄
tenete fratres mei nemo vos de fide
excutiat ⁊ de sana doctrina Qui fecit
in celo angelum ipē fecit in terra ver
miculum: sed angelum in celo ꝓ ha-
bitudine celesti vermiculum in terra
pro habitudine terrestri Nūquid ā-
gelum fecit repere in ceno. et vermi
culum in celo? Distribuit sedibus ha
bitatores. incorruptionem incorrup
tis sedibus dedit. corruptibilia incor
ruptibilibus locis Totum attende:
totum lauda Qui ergo disposuit mē
bra ṽmiculi. nō gubernat nubes? Et
q̄re in mari pluit? Quasi nō sint i ma
ri q̄ alantꝰ pluuia. q̄i ibi nō fecit pisces
q̄si ibi nō fecit aīālia Attendite quo-

modo currunt pisces ad aquam dul cem Et quare inquit pisci pluit. et mi non pluit aliquando: vt cogites te in regione esse deserti et in peregrinatione vite: et amarescat tibi vita presens. vt futuram desideres. aut vt flagelleris. et corripiaris et corrigaris Quomodo autem distribuit propria regionum: Ecce quia de getulia locuti sumus: pluit hic pene omni anno. et omni anno dat frumentum Seruari hoc frumentum non potest. cito corrumpitur quia omni anno datur ibique raro. et multum datur et diu seruatur Sed forte putas quia ibi deserat deus homines aut non ibi sanctorum iocunditatem suam et laudant et glorificant deum: Apprehende iam getulium. pone inter istas arbores amenas: fugere hinc vult et redire ad nudam getuliam In omnibus ergo locis deus regionibus tempora sua quoque distribuit et ordinauit et longum est commemorare diligentiorem considerationem omnium rerum Quis illam explicat: Tamen qui oculos habent. multa ibi vident cum viderint placent. cum placuerint laudantur. non tanquam ipsa sed ille qui fecit: ita omnia laudabunt deum Hec considerabat spiritus prophecie cum dixisset. ignis grando nix glacies spiritus tempestatis que omnia turbata videntur quibusdam stultis et quasi casibus agitari. addidit. que faciunt verbum eius Non tibi ergo videntur casibus moueri que verbo dei in omni motu suo deseruiunt: Quo vult deus illuc lucet vt ignis: illuc fertur nubes. siue pluuiam siue niuem siue grandinem portet Et quare aliquando percutiunt montem fulmina. et non percutiunt latronem: Quocunque possum dicere pro captu mentis mee quantum deus donare dignetur: maiores maiora nouerint et amplius intelligant et det vobis deus plus sape quam dico: tamen cum temperantia sine superbia Possum ergo pro modulo meo dicere quare percutiunt montem et non percutiunt latronem quia forte adhuc latronis conuersionem querit: et ideo percutit mons quia non timet. vt mutetur homo qui timet aliquando Et tu cum das disciplinam: terram feris vt infans expauescat Et aliquando ferit quem vult hominem Sed dicis mihi: ecce cedit innocentiorem et dimittit sceleratiorem. Noli mirari: vnicuique mors pio bona est Vnde autem scis illi sceleratiori si se mutare noluerit quid penarum in occulto seruetur: Nonne mallent fulmine incendii potius interire quibus dicetur: ite in ignem eternum Opus est vt innocens fis Quid enim: Malum est mori in naufragio bonum est mori febre: Siue inde siue inde moriatur quere qualis sit quo moritur. quo post mortem itur⁹ est: Nonne inde de vita exiturus est: Quacunque occasione hinc exituri sumus. Quibus exitibus martires exire meruerunt: Nunquid febribus: Quomodo multi optant vt febribus soluantur. alii vno ictu gladii. alii ignibus. alii bestiis: Et deuorauerunt bestie corpora martirum: et non timuerunt ne perirent corpora ipsorum Vndique enim deus reducet corpora sanctorum suorum. cui capilli nostri numerati sunt: et quando voluit. tres pueros ab igne liberauit. nunquid ideo machabeos in igne deseruit: Illos aperte liberauit: illos occulte coronauit Nouit igitur deus quid agat Tu time et bonus esto: vnicunque voluerit vt exeas hinc paratum te inueniat Inquilinus enim es non possessor domus Locata est tibi domus ista. tibi locata est non donata. et si nolis migrabis: et non eam tali conditione accepisti vt quasi tempora certa tibi sint Quid dixit dominus deus

tuus? Qn̄ voluero cū dixero migra:
patus esto Expello te de hospicio sꝫ
dabo domū Inquilinus es in terra:
eris possessor in celo Quicq̄d ergo h̄
accidit contra volūtatem nrām no-
ueritis nō accidere nisi de voluntate
dei. de ꝓuidentia ip̄ius de ordine ip
sius. de nutu ip̄ius. de legibꝫ ip̄iꝰ. et
si nos nō intelligimꝰ quid quare fiat
debemus hoc prudentie ip̄ius qꝛ nō
fit sine causa: ⁊ non blasphemabimꝰ
Cum em̄ ceperimꝰ disputare de ope
ribus dei quare hoc quare illud. ⁊ nō
debuit sic facere. male fecit hoc. vbi ē
laus dī? Perdidisti alleluya Omnia
sic considera quō placeas deo ⁊ lau-
des artificem: qꝛ si intrares in offici
nam forte fabri ferrarij. nō auderes
rep̄hendere folles. incudes malleos
Et da impituꝫ hoīem nescientem q̄d
quare sit ⁊ omnia rep̄hendit. sed si n̄
habeat peritiam artificis ⁊ habꝫ sal-
tem ꝯsiderationem hominis. quid si
bi dicit? Non sine causa hoc loco fol
les positi sunt Artifex nouit quare ⁊
si ego non noui In officina non au-
det vituperare fabrum. ⁊ audet repre-
hendere in hoc mūdo deū? Ergo quē
admodum ignis. grando. nix. glaci-
es sp̄ūs tempestatis que faciunt v̄-
bum eius. sic omnia que vanis vidē
tur in rerum natura temere fieri. nō
faciunt nisi verbum eius: qꝛ non fi-
unt nisi iussu dei Deinde dicit vt deuꝫ
laudent Montes ⁊ omnes colles.
ligna fructifera ⁊ omnes cedri. bes-
tie ⁊ omnia pecora. reptilia ⁊ volati
lia pennata Deinde ad hoīēs Re-
ges terre ⁊ omnes populi principes
⁊ omnes iudices terre: iuuenes ⁊ v̄
gines senes cum iunioribꝫ laudēt no
men domini Explicata laus de celo:
explicata est laus de terra Quis ex

altatum est nomen eiꝰ soliꝰ Nemo
hōīm querat exaltare nomen suum.
Vis exaltari? Illi te subde qui nō po
test humiliari Exaltatum est nomen
eius solius Confessio eiꝰ in celo ⁊
in terra Quid est cōfessio eius super
celum ⁊ terram? Quia ip̄e cōfitetur?
Non Sed quia illi omnia ꝯfitentur.
oīā clamāt: omniū pulchritudo quo
dammodo vox eorū est confitentiū
deo Clamat celum deo. tu me fecisti
non ego: clamat terra. tu me cōdidis
ti non ego Quomodo clamant ista?
Qn̄ cōsiderantur ⁊ hoc inuenitur ex
tua consideratione clamant. ex voce
tua clamāt Cōfessio eius in celo ⁊ in
terra Attēde celum pulchrū est: attē
de terra pulchra est Vtrūq̄ꝫ sibi val-
de pulchrū est Ip̄e fecit ip̄e regit ip̄i
us nutu gubernātur Ip̄e trahicit tē
pora: momēta ip̄e instaurat Per ip
sum ergo omnia ista laudent illū. si-
ue in statu siue in motu. siue de terra
deorsum. siue de celo sursuꝫ siue in ve
tustate siue in renouatione Cum vi
des hec ⁊ gaudes ⁊ attolleris in arti
ficem ⁊ inuisibilia eius ꝑ ea q̄ facta sē
intellecta cōtueris: confessio eius in
celo ⁊ in terra. id est cōfiteris ei de re
bus terrenis cōfiteris de rebus celes
tibus ⁊ quia ip̄e fecit omnia et meliꝰ
illo nō est aliquid: q̄cquid fecit intra
illum est ⁊ q̄cquid in hijs placet minꝰ
est q̄m ip̄e Non ergo ita tibi placeat
qō fecit. vt recedas ab eo q̄ fecit Sꝫ
si amas quod fecit multo magꝭ eum
qui fecit. si pulchra sunt que fecit q̄n-
tomagis pulchrior est qui fecit? Cō-
fessio eiꝰ in celo ⁊ in terra Et exal-
tauit cornu populi sui Ecce quod ꝓ
phetabant aggeus ⁊ zacharias mo-
do cornu populi sui humile est in tri
turis. ī tribulationibꝫ. in tēpestatibꝫ

in tonsione pectoꝝ Quã exaltabit cor
nu populi sui: Quã venerit ipe dñs ⁊
ortus fuerit sol noster. non iste q̃ o-
culis videtur et oritur sup bonos et
malos. sed de quo dicitur vobis qui
timetis deũ orietur sol iusticie ⁊ sani
tas in pennis ei⁹ et de quo dicturi st
supbi ⁊ impij iusticie lumẽ nõ illuxit
nobis ⁊ sol non est ortus nobis Ip
se erit estas nr̃a Mõ fruct⁹ p hyber
num in radice nõ apparent Attẽdis
quasi aridas arbores p hyemẽ: q̃ nõ
nouit videre aridam putat vitẽ ⁊ for
te iuxta est q̃ vere aruit Similes sunt
ambe p hyemẽ. illa viuit. illa mortua
est: sed illius vita ⁊ illius mors in ab
scondito ẽ Estas pcedit vita illi⁹ cla
rificatur: mors illius manifestatur.
Procedit honor foliorum fecũditas
fructuũ: vestitur vit; in faciem ex eo
qđ habet in radice Ergo mõ frẽs ta-
les sumus quales sunt et alij hoiẽs.
Quomõ nascũtur manducãt bibunt
vestiuntur transigunt vitam istã: sic
⁊ sancti Aliqñ res ipe decipiunt ho-
mines ⁊ dicunt ecce postq̃ cepit esse
cristian⁹ nũquid non ei dolet caput:
Aut quia cristianus est. qđ hab; pl⁹
a me: O vitis arida attendis iuxta te
vitem nudam in hyberno sed nõ ari
dam p estatis vim Et veniet dñs ho
nor nr̃ qui latebat in radice: ⁊ tũc ex-
altabit cornu populi sui. post capti-
uitatem in qua mortaliter viuimus
Vñ dicit apl's nolite añ tempus iudi
care donec veniat dñs ⁊ illuminabit
abscondita tenebrarũ: ⁊ tunc laus e-
rit vnicuiq3 a deo Sed dicis m̃ Vbi ẽ
radix mea. vbi est fructus meus: Si
credis: nosti vbi est radix tua Ibi est
em̃. vbi est fides tua: vbi est spes ⁊ ca
ritas tua Audi apostolũ: mortui em̃
estis Quasi per hyemẽ mortui appa
rebant Audi q2 viuunt: ⁊ vita vestra
abscondita est inquit cũ cristo in deo
Ecce habes radicem Quã ergo hono
re ornaberis qñ fecũdaberis fructu:
Audi illum sequẽtem: cũ cristus ap-
paruerit vita vestra. tunc ⁊ vos ap-
parebitis cũ ipo in gloria Et exalta-
bit cornu populi sui. Ymnus om-
nibus sanctis eius Ymn⁹ sanct; qđ
est: Cantus est cum laude dei Si lau
das deũ ⁊ non cantas: nõ dicis ym-
num Si cantas em̃ ⁊ nõ laudas deũ
non dicis ymnũ Si laudas aliud qđ
nõ ptinet ad laudẽ dei: ⁊ si cantando
laudes non dicis ymnũ Ymnus er-
go tria ista habet: ⁊ canticũ ⁊ laude3
⁊ dei Laus ergo dei in cãtico ymnus
dicitur Quid ẽ ergo ymn⁹ omnibus
sanctis eius: Accipiant sancti ei⁹ ym
num. dicant sancti ei⁹ ymnũ: q2 hoc
est qđ accepturi sunt in fine ymnum
sempiternum Jõ alio loco dicit psal
mus sacrificio laudis glorificab' me
⁊ ibi est via q̃ oñdam illi salutare me
um et beati qui habitãt in domo tua
in scl'a scl'oꝝ laudabunt te: hoc ẽ ym
nus omnibus sanct; ei⁹ Qui st sanc-
ti eius: Filij isrl' populi appropin
quãtes sibi Nemo dicat: nõ sum fi-
lius isrl' Ne putet; iudeos filios isrl'
esse: ⁊ nos non esse filios israhel Au-
deo vobis dicere frẽs mei: illi non st
⁊ nos sum⁹ Audite quare: q2 maior
est natus scđm spiritũ q̃ nat⁹ secun-
dum carnẽ Vñ isrl' ex abraham: Qui
a ysaac ex abrahã isrl' ex ysaac Quo-
modo placuit deo abraham: Credi-
dit aũt abraham deo: et deputatum
est illi ad iusticiã Quisq̃s imitat⁹ fue
rit abraham: fili⁹ est abraham Quis
q̃s degenerauit a fide abrahã: pdidit
pgeniem abraham Judei degenera
uerunt: pdiderũt Imitati sum⁹ nos
inuenimus Audi q2 illi perdiderunt.
Quid illis dicit dñs dicentib3 filij su-

mus abraham? Ausi sunt ostentaę se & erigere ceruicem de nobilitate generis iusti: Et quid illis dominus? Si filij abrahe essetis facta vtiq; abrahe fecissetis. Si ergo perdiderunt ipsi quod filij sunt abrahe. inuenimus nos vt filij simus abrahe: Credendo quippe inuenimus. quod illi nõ credendo amiserũt. quia credidit abraham deo & reputatum est illi ad iusticiam. Et semen abrahe xpristus & in xpristo nos sumus. & ex israhel ppl's. de quo populo maria. de qua maria xpristus. in quo xpristo nos. ergo filij israhel nos: Et quomodo addidit vt discerneret nos filijs israhel populo appropinquãti sibi? Attendite iudeos. si ꝓpinquãt ipsi sunt & forte ꝓpinquant: Dicit michi aliquis. cotidie cantant & ipsi psalmũ. & cantant ymnos dei: Non auditis quod eis dixit ꝓpheta: Populus hic labijs me honorat. cor autem eorũ longe est a me Si illorum cor longe est. nostrum autem proximum est quia credimus quia speramus quia diligimus quia xpristo adiuncti sumus. quia membra ipsius facti sumus: Nunquid membra lõge sunt a capite? Si essent longe & diuisa essent. nõ diceret. ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; in cõsummationem seculi: Si sepata eẽnt. si de celo diceret. saule saule quid me ꝑsequeris Si nõ in nobis esset. nõ diceret. esuriui & nõ dedistis michi mãducare: Et cum dicerent illi. quãdo te vidimus esurientem. respondit. cum vni ex minimis meis fecistis michi fecistis. Ecce populus. ecce appropinquans israhel. & cum illo modo spe. postea re: Conuersi ad dominum:

Explicit psalmus cẽtesimus quadragesimus octauus Incipit ps cẽtesimus quadragesimus nonus

Laudemus dñm & in voce et in intellectu & in opere bono & sicut nos hortatur iste psalmus. cantemus ei & canticum nouum. sic eñi incipit:

Psalmus

Cantate domino cãticũ nouũ Vetus homo vetus canticũ nouus homo nouũ cãticum. Vetus testamentum vetus canticum. nouum testamẽtum nouum canticum In veteri testamẽto ꝓmissiones sũt tempales & terrene Quisquis terrena diligit. vetus cãticũ cantat. Qui vult cãtare cãticum nouum. diligat terrena Ipsa dilectio noua est & eterna Ideo semꝑ noua. quia nunq; veterascit: Nam si bene cõsideras. antiquum est hoc Quomodo ergo est nouum? Nunquid frẽs mei vita eterna modo nata est? Vita eterna ipse xpristus. & secũdum diuinitatem non modo natus est. quia in principio erat verbum & verbum erat apud deum & deus erat verbum: Hoc erat in principio aput deum Omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nichil Si que ꝑ ipsum facta sunt antiqua sunt. quid est ipse ꝑ quẽ facta sunt? Quid nisi eternus & patri coeternus? Sed nos dilapsi in peccatum. ꝑuenimus ad vetustatem: Nostra eñi vox est in illo psalmo vbi dicitur cum gemitu. inueteraui iñ oĩbus inimicis meis. Inueterauit homo ꝑ pccm̃. innouatur ꝑ grãm. Omnes ergo qui innouãtur in xp̃o vt ad vitam eternam incipiãt ꝑtinẽ cãticum nouũ cantant. & h̃ cãticum pacis est. canticũ hoc caritatis est:

Quisquis se a cōiūctiōe scōꝝ sepat. nō cātat cāticū nouū. secutꝰ est ei ve tustam animositatē nō nouā carita tē In noua caritate qd est: Pax vin culū scē societatis. cōpago spūalis. edificiū de lapidibꝰ viuis Ubi est hꝰ: Nō in vno loco. sed ꝑ vniūsum orbē terraꝝ Audi hꝰ de alio psalmo. sic dicitur. cātate dn̄o cāticū nouū. cā tate dn̄o ōnis tra: Ex hꝰ intelligit̄. qa nō cū ōni tra cātat cāticū vetꝰ: Can tat qlibet v̄ba ō ore eiꝰ ꝓcedūt Quid em̄ attēdo quid soēt. cū video quid cogitet: Et tu inqs vides qd cogitē: Facta indicāt Nā oculus in cōsciēti a nō penetrat Attēdo qd agat. ꝛ ibi video qd cogitet Neqꝫ em̄ si qsqꝫ v̄bi grā cōprehēdēt hoiēm in furto. in homicidio in adulterio. cogitatioē spsius in corde videt. sꝫ in factis sūt q dā q intus latēt: Sꝫ sunt ꝛ multa q ꝓcedūt in opa. ꝛ māifesta fiūt etiā hōibꝰ Cū ḡ essent illi q se a compage xp̄i caritatis ꝛ a societate scē eccl'e se ꝑarūt mali itus aput se. nō noueāt nisi deꝰ Ueit ꝛ tēptatio. sepauit illos ꝛ patefecit hōibꝰ qd noueāt deꝰ: Nō em̄ fructꝰ ostēditur nisi in factꝫ Un̄ dictū est. ex fructibus eoꝝ cog noscetis eos: Dixit em̄ dn̄s ad qsdā qui ouiū vestitu se iduūt. itus āt sūt lupi rapaces: Et ne forte fragilitas humana dinoscere nō posset lupuꝫ sub ouina pelle. ait. ex fructibꝰ eorū cognoscetis eos Querimꝰ fructus caritatis. inuēimꝰ spinas dissensiōis ex fructibꝰ eoꝝ cognoscetis eos Er go cāticū eoꝝ vetꝰ ē. cātemꝰ nos cā ticū nouū Iā diximꝰ frēs. ōnis tra cātat cāticū nouū: Qui cū ōm tra n̄ cātat cāticū nouū. dicat qd vult. lin guis soēt all'a. dicat tota die dicat to ta nocte. nō valde aures mee inclināt ad vocē cātātis. sꝫ qro mores opātis Interrogo em̄ ꝛ dico Quid est quod cātas: Rn̄det all'a. Quid ē all'a: Laudate dn̄m Ueni simul laudemꝰ dn̄m Si tu laudas dn̄m. ꝛ ego laudabo dn̄m Quaē in discordia sumus: Caritas laudat dn̄m. discordia blasphemat dn̄m: Et vultis iam nosse vbi cātetis cāticū nouū: Que dicturus est in ipso psalmo videte. quō fiāt ꝛ vbi fiāt. vtꝝ ꝑ oēs gētes fiāt ista an in vna aliq̄ ꝑte terrarum ꝛ hinc plenius intelligetis ad quē ꝑ tineat cāticū nouū Iā qdē māifestū ē illud qd de alio psalmo cōmemo raui. cātate dn̄o cāticū nouū: Et vt ostenderet in cantico nouo ēe fruc tū caritatis ꝛ vnitatis. addidit. cāta te dn̄o ois terra Nēo se sepet. nēo se disiūgat. triticū es. ferto paleam quousqꝫ vētiletur de area Uis excu ti. ꝛ si triticū eēs foris ab area. inue nirēt te volatilia ꝛ colligerēt te Ade. quia eo ipo q discedis ꝛ volas pa leā te esse indicas. Sed qa leuis eās venit vētus ꝛ de sub pedibꝰ boū ablatꝰ es: Qui āt triticū sunt ferūt tri turā. gaudēt qa grana sunt. gemunt inter paleam. expectāt vētilatorem quē cognoscūt redēptorē: Cantate dn̄o cāticū nouū. Laus eꝰ in eccl'a sanctorū: Hec est eccl'a scōꝝ. eccl'a frumētoꝝ toto terraꝝ orbe diffuso rū ꝑ agrū dn̄i semiāta. qd ē hic mūdꝰ ipso dn̄o exponēte cū de semine ān diceret. qa homo semiāuit bonuꝫ se men in agro suo. ꝛ venit iimicus ꝛ supsemiāuit zizania: Et dixerūt pue ri prisfamilias Nōne bonū semē semiāsti in agro tuo: Un̄ hic sunt zizania: Et rn̄dit illis. iimicus hō hoc fe cit Uoluerūt colligere zizania. ꝛ cōpescuit illos dicens: Sinite vtraqꝫ

crescere vsq3 in messem. ⁊ in tempore messis dicā messorib9. colligite p̄mū zizania ⁊ alligate ea fasciclos ad cōburēdū ea. triticū āt meū repōite in horrea: Postea interrogauerūt eū discipuli dicētes. narra nobis pabolā zizanioꝝ: Et ipse expōit oīa. vt null9 hō cordi suo tribuat qd ibi itellexerit. s3 mgrō celi exponēti. nemo dicat exposuit sibi quō voluit Si pabolā ꝓphete exponēt de9. qn̄ ipse p eos loq̄batur qd dicebāt. q̇s audēt dicē nō sic debere exponē: Multo magis qn̄ ipse exposuit qd ꝓposuit ipse. q̇s audet cōtradicere māifeste veritati: Cū āt dn̄s pabolā hāc exponeret ait. Qui āt semiāt bonū semē ē fili9 hōis. se vtiq3 demōstrans. bonū vo semē filij sunt regni. ipsa est eccl'a scōꝝ. zizania āt filij sunt maligni. ager est hic mūd9 Jā videte frēs q̇a p mūdū semiātū ē bonū semē. et p mūdū semiāta sunt zizania Nūq̇d in pte triticū. ⁊ in pte zizania: Per totum triticum. ⁊ p totū zizania: Ager dn̄i mūdus ē nō affrica. n̄ quō fert terra ista getulie sexagenū aut cētenū. ⁊ numidia fert denū. nō sic ē deo ager suus Vbiq3 illi fertur fruct9 ⁊ cēten9 ⁊ sexagen9 ⁊ tricen9. tu tātū vide q̇d velis esse si cogitas ad domini fructū ptinē Ergo eccl'a scōꝝ eccl'a catholica est Eccl'a scōꝝ nō est eccl'a hereticoꝝ Eccl'a scōꝝ illa ē quā p̄signauit de9 añq3 videtur. ⁊ exhibuit vt videt' Eccl'a scōꝝ erat ātea i codicib9. mō i gētib9: Eccl'a scōꝝ ātea tātūmō legebatur. nunc ⁊ legitur ⁊ videtur: Quando solum legebatur credebatur. modo videtur ⁊ contra dicitur: Laus eius in eccl'a sanctoꝝ

Letetur israhel in eo qui fecit eū. Quid est israhel: Vidēs deū Hoc ei interp̄tatur nomē israhel Qui videt deū in ipso letetur a quo factus est: Quid est ğ frēs q̇a diximus nos ad eccl'am ptinere scōrum: Nūq̇d iam videmus deum: Quomodo sum9 israhel si nō videmus: Est q̄dam visio huius tempis. erit altera visio futuri tempis: Visio q̄ modo est p fidem est. visio q̄ futura est p speciē erit: Si credim9 videm9. si amam9 videmus Quid videmus: Deum: Vbi est ipse deus: Interroga iohānem. deus caritas est: Bn̄dicamus nomē ei9 scm̄. ⁊ gaudeam9 in deū si gaudeam9 in caritatem: Quisquis habet caritatem. vt quid illum mittimus lōge vt videat deū: Cōsciām suā attēdat. ⁊ ibi videt deū Si caritas ibi nō habitat nō ibi habitat de9 Si āt caritas ibi habitat de9 ibi habitat: Vult illum forte videre sedētē in celo. habeat caritatem ⁊ in eo habitat sicut in celo Ergo simus israhel. ⁊ letemur in eo qui fecit nos: Letetur israhel in eo qui fecit eum: In eo qui fecit eum letetur. nō in ario nō in donato nō in ceciliano nō in ꝓculiano. nō in augustino. in eo letetur qui fecit eum. Nos frēs nō vobis cōmēdam9 nosmetipsos. sed ꝯmēdam9 vobis deū. q̇a ꝯmēdam9 vos deo. Quō vobis deū ꝯmendamus: Vt diligatis eū bono vestro nō bono ipsius. quia malo vestro si eū nō diligitis nō malo ipsius: Nō em̄ min9 habebit de9 diuitatē. si hō i illo nō hēt caritatē Tu crescis ex deo nō ille ex te. ⁊ tn̄ tm̄ nos dilexit prior añq3 eū diligerem9. vt filiū suū vnicum mitteret mori p nobis. Qui fecit nos factus est inter nos. Quomodo nos ipse fecit: Omnia p ipm facta sunt. ⁊ sine ipso fcm̄ est nichil:

Quō fact⁹ est inter nos: Et vbū ca
ro factū ē. ꝛ hitauit in nobis: Ergo
ipse est in quo debem⁹ letari Neo si
bi arroget. neo sibi deroget ptes ip
si⁹. ab ipso est leticia q̄ nos facit feli
ces Letet' israhel in eo q̄ fecit eum:
Et filij syō exultēt in rege suo. ipe
ē israhel. filij eccl'e sunt. qa syon fuit
q̄dē vna citas q̄ cecidit In ei⁹ reliqui
is habitabāt q̄dē sci tpalit. sʒ syō va
ꝛ ihrl'm vera. qa ipa syō q̄ ihrl'm. eter
na ē in celis q̄ est mater nostra: Ipa
nos genuit ipa ē eccl'a scōꝝ. ipa nos
nutriuit. ex pte pegrina. ex magna
pte hic immanēs. Ex pte qua imma
net in celo beatitudo angelorū est.
ex pte q̄ pegriātur in h̄ sclo spes est
iustoꝝ: De illa dictum est gl'a in ex
celsis deo. de hac dictū ē. ꝛ in terra
pax hōib⁹ bōe volūtatis: Quia ḡ in
hac vita gemūt ꝛ desiderāt illā patri
am. currāt dilcōne nō pedibus cor
poris. nō querāt naues sed pēnas.
duas alas caritatis apphēdāt Que
sunt due ale caritatis: Dilectio dei ꝛ
dilectio pximi: Peregrinamur em̄
suspiramus. gemimus. Venerūt ad
nos lrē de patria nr̄a. ipas vobis re
citamus: Letetur israhel in eo q̄ fe
cit eū. ꝛ filij syō exultēt in rege suo:
Quod dixit q̄ fecit eū. hoc dixit in re
ge suo: Quod audistis israhel id sc
filij syon. ꝛ q̄d audistis in eo q̄ fecit
eū. h̄ ē in rege suo Fili⁹ dei q̄ fecit nos
factus est inter nos. ꝛ rex noster re
git nos. qa creator noster fecit nos
ipse est tamen per quem facti su
mus. qui est per quem regimur.
et ideo xpristiani quia ille xpristus.
Cristus a crismate dictus est. id est
ab vnctione: Reges autem vngue
bātur ꝛ sacerdotes. ille v̄o vnct⁹ est
ꝛ rex ꝛ sacerdos. Rex pugnauit p
nobis. sacerdos obtulit se p nobis
Qn̄ pugnauit p nobis q̄si victus ē.
iure āt vicit. crucifixus est em̄ et de
cruce sua in qua erat fixus dyabolū
occidit. ꝛ inde rex noster. Vn̄ āt sa
cerdos: Quia se p nobis obtulit:
Date sacerdoti q̄d offerat Quid iue
niret hō q̄d daret: Mūdam victimā
Quam victimā: Quid mūdum po
test offerre pccōr: O inique. o im
pie. q̄cquid attuleris imūdum est. ꝛ
si aliq̄d mūdū p eo offerēdum est:
Quere aput te quid offeras. nō iue
nies: Quere ex te quod offeras. nō
delectatur arietibus nec hyrcis nec
tauris Dia ipsi⁹ sunt. ꝛ si nō offeās
Offer ergo illi mūdum sacrificium
Sed peccatores. impi⁹ es. sed con
sciētiam inq̄natā hēs Poteris for
te aliq̄d mūdū offerre purgatus:
Sed vt purgeris aliquid pro te of
ferēdum est: Quid ergo p te obla
turus es vt mūderis: Si mūdatus
es poteris offerre q̄d mūdum est:
Offerat ergo seipsum mūd⁹ sacer
dos. vt mūdet hoc quod xpristus fe
cit: Nichil mūdum inuenit in homi
bus quod offerret p hominibus. seip
sum obtulit mūdam victimam. hos
tiam immaculatam: Felix victima.
vera victima mūda victima hostia
imaculata: Nō ergo h̄ optulit quod
nos illi dedim⁹. ymmo h̄ optulit q̄d
a nobis accepit. ꝛ mūdū optulit:
Carnē em̄ a nobis accepit. hāc optu
lit: Sed vn̄ illā accepit: De vtero v̄
gis marie. vt mūdā offerret p imū
dis Ipe rex ipe sacerdos. in eo lete
mur: Laudēt nomē ei⁹ in choro:
Et chorus q̄d significat: Multi no
uerīt choꝝ. ꝛ q̄a i citate loq̄m' p̄e ō
nes norūt: Chor⁹ ē ꝯsensio cātātiū
Si in choro cātem⁹ ꝯcordit cātem⁹

In choro cãtantiũ q̃sq̃s voce discre pauerit. offendit auditũ ⁊ ꝑturbat choꝝ: Si vox incõueniẽter cãtãtis disturbat cõcẽtũ cãtãtiũ. quõ distur bat heresis dissonãs cõsensus laudã tiũ choros xp̃i: Jam totus mũdus est chorus xpristi. ab oriẽte in occi- dẽte cõsonat Videamus si tm̃ extẽ- ditur chorus xp̃i Dicit ps alius. a so lis ortu vsq̃ ad occasum laudate no men dñi Laudẽt nomẽ ei⁹ in choro In tympano ⁊ psalterio psallant ei: Quaẽ assumit tympanũ ⁊ psalte riũ: Vt nõ sola vox laudet ſ ⁊ opa: Quãdo assumit tympanũ ⁊ psalte- riũ cõcinnant voci. sic ⁊ tu si qñ all'a cãtas. porrigas ⁊ panẽ esuriẽti. ves tias nudũ. suscipias ꝑegrinũ. nõ so la vox sonat. sed ⁊ man⁹ cõsoãt. q̃a verbis facta cõcordãt: Assumpsisti organũ. cõsentiãt digiti lingue: Et ip̃m misterium tympani ⁊ psalterij nõ est tacẽdũ In tympão coriũ ex- tẽditur. in psalterio corde extendũ: In vtroq̃ organo caro crucifigit: Qm̃ bene psallebat in tympano et psalterio qui dicebat. michi mũdus crucifixus ẽ ⁊ ego mũdo Ip̃m psal terium vel tympanũ tollere te vult q̃ amat cãticũ nouũ. q̃ te docet quã- do tibi dicit. q̃ vult esse me⁹ discipu- lus abneget semetip̃m ⁊ tollat crucẽ suã ⁊ sequatur me: Nõ dittat psal- teriũ suũ nõ dimittat tympanũ. extẽ datur in ligno ⁊ siccetur a cõcupiscẽ tia carnis: Nerui q̃to plus fuerint extẽti tãto acutius sonãt: Vt ergo acute sonaẽt pauli apostoli psalteri um. q̃d dixit: Que retro oblit⁹. i ea q̃ añ sunt extẽtus. sequor ad palmã suꝑne vocatiõis Extẽdit seip̃m. teti git xp̃s ⁊ sonuit dulcedo veritatis: In tympão ⁊ psalterio psallãt ei:

Qm̃ bñfacit dñs i ppl'o suo Quid tã bñficum q̃ mori ꝑ impijs: Quid tã bñficũ q̃ sanguie iusto deleri ciro graphũ pccõris: Quid tã bñficũ q̃ dicẽ nõ ad me ꝑtiẽt q̃d fuistis. esto- te q̃d nõ fuistis: Bñfacit dñs i ppl'o suo. dimittẽdo pccã. ꝓmittẽdo vitã eternã: Bñfacit aduersum cõuertẽ repugnãtẽ adiuuare. vincentẽ coro nare Bñfacit dñs in populo suo Et exaltabit mansuetos in salutẽ Exaltãtur suꝑbi. sed nõ in salutem: Mansueti in salutem. suꝑbi in mor tem Ideo suꝑbi ipsi se exaltãt ⁊ dñs eos humiliat. mãsueti ãt ipsi se hũi liãt ⁊ de⁹ eos exaltat: Exaltabit mã suetos in salutẽ: Exultabũt sci in gl'a Aliq̃d volo dicẽ. audite attẽtius de gl'a scõꝝ Nemo em̃ est q̃ nõ amet gl'am. ſ gl'a stultoꝝ ppl'aris illa q̃ dz hẽt illecebrã delcãtiõis. vt ad laudez suã bonoꝝ hoim q̃sq̃ cõmot⁹. velit sic viuẽ vt p̃dicet' ab hõib⁹ q̃buscũq̃ quõcũq̃ Hinc hoiẽs isani effecti. et inflati. inanes intus foris tumidi. e tiam res suas ꝑdẽ volũt donãdo sce nicis histriõib⁹ venatorib⁹ auguris Quãta donãt. q̃ta impẽdũt: Effun dũt vires nõ patrimonij tm̃. sed eti am animi sui. Isti fastidiũt paupe- rẽ q̃a nõ clamat ppl's vt pauꝑ accipi at. clamat ãt pauꝑ vt venator acci- piat: Illi ergo vbi eis nõ clamatur. nolũt erogaẽ Vbi clamatur ab insa nis. insaniũt oẽs ⁊ fiũt oẽs insani. ⁊ q̃ expectatur ⁊ q̃ expectãt ⁊ q̃ donãt. Insana ista gl'a rephẽditur a dño. i ꝓbatur añ ocl'os õnipotẽtis. ⁊ tñ frẽs mei xp̃s sic improperat suis et dicit. nõ a vobis accepi tm̃ q̃tũ acce perũt veãtores. ⁊ illis vt doãretꝫ de meo donastꝫ Ego ãt nud⁹ erã ⁊ non vestistis me Et illi: Et qñ te vidim⁹

nudū ꝛ nō vestiuim⁹: Et ille Cū vni
ex mimis meis nō fecistꝫ. nec michi
fecistis Sed eū vis vestire q̄ tibi pla
cet. in quo tibi xp̄s displicet Vestire
vis venatorem. quo forte victo eru
bescas Crist⁹ nūq̄ꝫ vincitur. ꝛ dya=
bolū vicit. ꝛ ꝑ te vicit. ꝛ tibi vicit. ꝛ i
te vicit. Talē victorē vestire nō vis
Quare: Quia min⁹ clamat. minus
insanitur: ꝓptēa isti q̄ tali gl'a delec=
tātur. in cōsciētia sua nichil habent:
Quō exhauriūt archas ꝛ vestes mit
tāt. sic exinaniūt ipsam cōsciām vt
nichil ibi habeāt p̄ciosum Sancti āt
qui exultāt in gl'a. quō exultāt nō o
pus est vt nos dicam⁹. ipsi⁹ psalmi
audite sequētē v̄sum Exultabūt sci i
gl'a: [L]etabūtur in cubilib⁹ suis
Nō in theatris nō in āphiteatris. n̄
in circis. nō in nugis. nō in foris. sed
in cubilib⁹ suis Quid est in cubilib⁹
suis: In cordib⁹ suis Audi ap'lꝫ pau
lū exultātē in cubili suo. Nā gl'a nr̄a
hec ē. testiōniū cōsciē nr̄e: Rursum
timēdū est ne q̄sq̄ꝫ aput seipm̄ fiat si
bi placēs. ꝛ q̄si sup̄b⁹ de cōsciētia sua
gl'etur Debet em̄ q̄sq̄ꝫ cū tremoꝛē ex
ultaꝛē. q̄a donū dei ē vn̄ exultat. n̄ me
ritū suū Etei sūt multi sibi placētes
ꝛ iustos se esse arbitrātes. ꝛ ꝓcedit
aduersus illos alia pagina dicēs:
Quis gloriabitur castū se habeꝛē coꝛ.
aut q̄s gl'abitur mūdū se ēe a pccō:
Est ergo q̄dam modus in cōsciētia
gl'andi. vt noueris fidē tuā esse sin=
cerā. noueris esse spem tuā certam.
noueris caritatē tuā esse sine siml'a
tiōe Sed q̄m̄ multa sunt adhuc for=
te q̄ p̄nt offendeꝛē ocl'os dei. lauda eū
q̄ tibi ista donauit. tūc ꝑficiet qd̄ do
nauit: ꝓpterea cū dixisset letabūtur
in cubilib⁹ suis. ne q̄si sibi placētes
viderētur. adiūxit statim   xulta

tiōēs dei in faucib⁹ eoꝝ Sic letabū
in cubilib⁹ suis. vt nō sibi tribuāt qd̄
boni sunt. sꝫ illū laudēt a quo acce=
perūt qd̄ sunt. a quo vocātur vt ꝑue
niāt ad id qd̄ nōdum sunt. ꝛ a q̄ spe=
rāt ꝑfcōnem. cui grās agūt q̄a icho
auit Exultatiōēs dei in faucib⁹ eoꝝ
Iā videte scōs. videte gl'am. videte
ꝑ vniūsum mūdū. videte q̄ exultati
ones dei sunt in faucib⁹ eoꝝ: [E]t
framee bis acute in māibus eorum
Framea appellatur quā vulgo spa
tam dicūt: Sūt em̄ gladij ex vna ꝑ
te acuti. ip̄e sunt machere. ip̄e autē
framee ipse ꝛ rumphee. ipse aūt spa
te appellātur Magnū misteriū hēt
hoc genus. ferramēti. qd̄ ex vtraq̄ꝫ
ꝑte acutū est Ipse framee sunt bis
acute i manibus eoꝝ Frameas bis
acutas intelligimus sermonē domi
ꝛ vna framea est. sed ideo multe di=
cūtur q̄a multa ornata sunt. ꝛ multe
lingue sunt sanctorum: Sermo er=
go dei gladius bis acutus Vn̄ bis a
cutus: Dicit de tempalibus. dicit d̄
eternis. In vtrumq̄ꝫ ꝓbat quod dē
ꝛ eum quem ferit separat a mūdo:
Nonne ipsius est gladius de q̄ dn̄s
dicit nō veni pacem mittere in terrā
sed gladium: Attendite quō venit
disiungere. quō venit sepaꝛē Disiūgit
scōs disigit ipi os. sepat a te quod te
impedit Filius vult seruire deo. pa
ter non vult. venit gladius veīt ser=
mo dei. diuidit filium a patre: Filia
vult mater nō vult. gladio diuidun
tur ab inuicem: Nurus vult sed so=
crus nō vult. veniat gladius bis a=
cutus. offerat ꝓmissionem vite pre
sentis ꝛ future. cōsolationem tpali
um. eternoꝝ ꝑfruitionem. Ecce gla
dius ex vtraq̄ꝫ ꝑte bis acutus. pro=
mittēs temporalia in quo nos non

fefellit: Nonne eccl'a dei p totum mūdū nō erat? Ecce est. ātea legebatur & nō videbatur. mō sicut legit' ita cernitur: Quicq̇d tpaliter nobis pmissuz ē ad vnā ptē gladij ptiēt. q̇c quid in sempit'nū ad alterā ptē gladij ptiēt: Hēs spē futurax rex. hēs cōsolatioēm pn̄tiū. Noli retrahi ab eo q̇ vult retrahē Pater. mr̄. soror. vxor sit. amicus sit. nō te retrahant & vtilis tibi erit gladi⁹ bis acut⁹ Vtilit' te ille sepat. male te tu cōglutinas Venit g̊ dn̄s ferēs gladiū bis acutū pmittēs eterna implēs tpalia Naz ideo duo testamēta dicūt' Que erāt g̊ framee bis acute in māib⁹ eorum? Duo testamēta ad gladiū bis acutū ptinēt. vet⁹ testamētū t'rena pmittit. nouū et'na: In vtroq3 sermo dei verax inuēt⁹ est. vt gladi⁹ bis acut⁹ Quare g̊ in māib⁹ & nō in linguis? Et framee bis acute inq̇t in manib⁹ eox In māib⁹ dixit in ptāte Acceperūt g̊ sermonē dei in potestate. vt vbi vellēt dicerēt. cui vellēt dicerēt. n̄ timerēt ptātē. nō cōtēpnerēt pauperem In māib⁹ em̄ hēbāt gladium qua volebāt vibrabāt v̇sabāt pcutiebāt: Et hoc totū erat in potestate p̄dicātium Nam si nō est in māibus sermo. ne forte aliquis dicat. quomodo sermo est gladius bis acut⁹. & quō in manibus. si ergo sermo nō est in māibus. quare scriptū est. factus est sermo dn̄i in manu aggei pphete? Nūquid frēs sermonē suum deus in digitis ipsius fecit? Quid ē in manu ipsius factus est? In ptāte illi datum est p̄dicare sermonem domini: Postremo possumus & has manus intelligere. nam qui locuti sunt in lingua habuerūt sermonem dei. qui scripserūt in manibus: Et framee bis acute in manibus eoruz Iam frēs videte scōs armatos Attendite strages attēdite gloriosa p̄lia Si em̄ impator & miles. si miles hostis. si bellū & victoria. q̇d fecerūt isti hn̄tes in māib⁹ frameas bis acutas? Ad faciēdas vindictas in gētibus Videte si nō est vindicta facta in gentib⁹. cotidie ipsa fit. hoc agimus & nos loquēdo: Attēdite quō cese sunt gentes babilonie Illi redditur duplum. sic em̄ de illa dictum ē reddite illi duplum ad q̇d fecit Quō redditur duplū? Bellāt sci. educunt frameas bis acutas. fiūt strages. fiunt occisioēs sepatioēs Quō illi duplū redditur? Illa quādo poteāt psequi xpianos. carnē occidebat. deū nō cōfringebat Mō illi duplū redditur. & pagani extiguūtur. & ydola frāgūtur Quō inquies pagāi occidūtur? Quō nisi cū xpristiāi fiūt? Quero paganū & nō inuenio. xpristianus est. Ergo mortu⁹ ē paganus Nam si non occidūtur. vn̄ dictū est petro. macta & māduca? Vn̄ ipe saulus occisus est psecutor. & paulus erectus est predicator? Quero saulū psecutorē & nō inuenio. occisus est: Vn̄? De framea bis acuta. Sed quia occisus in se & viuificatus in xpo. iō cōfidēs dicit. viuo āt iā nō ego. viuit aūt in me xpristus Quō illi fit p illū Etem̄ cum factus eēt predicator. accepit & ipse in māibus frameam bis acutam. ad faciēdā vindictam in gētibus Et ne vere tu putares hoiēs ferro pcuti. sanguiēm fundi. vulnera in carne fieri. seq̇tur & exponit

Obiurgatioēs in populis. Obiurgatio que est correptio. pcedat ex vobis framea bis acuta Nolite cessare. dedit illam vobis deus p mo

dulo vestro: Qualis hõ es qui ydo-
la colis. dic amico tuo. si tñ remãsit
cui dicas. q̃lis hõ es q̇ dimisisti eũ a
quo factus es. ⁊ adoras qd̾ fecisti:
Melior ẽ faber q̄ꝫ qd̾ fabricat faber
Si fabrũ adorar̃e erubescis. adoran
do qd̾ faber fecit nõ erubescis? Cuꝫ
ceperit erubescere cũ cepit ꝯpũgi. fe
cisti vulnꝰ de framea. puẽit ad cor.
moriturus est vt viuat. Framee bis
acute in mãibꝰ eoꝝ. ad faciẽdã vin-
dictã in gẽtibꝰ obiurgatiões in po-
pulis: Et alligẽt reges eoꝝ in cõ
pedibꝰ ⁊ nobiles eoꝝ in vinculis fer
reis. vt faciãt in eis iudiciũ cõscrip-
tum: Facile exposuimꝰ quõ de fra-
meis cadãt ⁊ exurgãt. sep̄etur ⁊ cõ
gregẽtur. vulnerẽtur ⁊ sanẽtur. mo
riãtur ⁊ viuãt Sꝫ qd̾ faciemꝰ? Quõ
expoẽmꝰ ad alligãdos reges eoꝝ in
cõpedibꝰ? Reges gẽtiũ alligãdi inꝯ
pedibꝰ. ⁊ nobiles eoꝝ in vinculis. ad
didit ferreis Adestote vt agnoscatꝫ
qd̾ nostis. Isti em̃ v̾sus q̃s cepimꝰ
exponẽ obscuri sunt. ſꝫ illõ qd̾ ex illis
dicturꝰ sum nõ ẽ nouũ. Iã notũ est
vobis. mõ nõ discẽ opꝰ hẽatis. ſꝫ cõ
memorari: Ad hãc ãt voluit deꝰ obscu
re põi q̊sdã v̾sus suos. nõ vt aliquid
nouũ de illis seruet᷑. sed vt iã qd̾ iusi
tatũ erat obscuris expositis inoue᷑
Nouimꝰ reges factos xp̃ianos. no
uimus nobiles gẽtiũ fcõs xp̃ianos
Sũt hodie q̄ꝫ ⁊ fuerũt ⁊ erũt. ⁊ nõ ces
sant framee bis acute ĩ mãibꝰ scõꝝ:
Quõ g̊ ligatos cõpedibꝰ ⁊ vinculis
ferreis intelligimꝰ? Scit caritas ves
tra ⁊ eruditio q̇a in eccl̾a nutriti estꝫ
⁊ soletis audire diuiãs lcõnes. q̄m ĩ
firma mũdi elegit deꝰ vt cõfunderet
fortia. ⁊ stulta mũdi elegit deꝰ ad cõ
fundẽdos sapiẽtes. ⁊ ea q̄ nõ sṫ tãq̄ꝫ
ea q̄ sunt. vt q̄ sunt euacuentur: Sic
em̃ ait apl̾s. Videte vocationẽ vr̃aꝫ
frẽs. q̇a nõ multi sapiẽtes scd̾m car
nem. nõ multi potẽtes. nõ multi no
biles. sed stulta mũdi elegit deus. ⁊
infirma mũdi vt cõfundẽt fortia. et
ignobilia ⁊ cõtemptibilia elegit deꝰ.
⁊ ea q̄ nõ sunt tq̄ꝫ q̄ sunt. vt ea q̄ sunt
euacuentur. Venit deus xp̃istus ꝓ
desse õnibus. sed elegit ꝓdesse impe
ratori de piscatore. nõ piscatori de i
peratore. ⁊ elegit ea q̄ nullīꝰ momẽ
ti erãt in mũdo Ipsos impleuit spũ
scõ. dedit eis frameas bis acutas. p̄
dicare p̄cepit euãgeliũ. ⁊ ire ꝑ totuꝫ
orbem terraꝝ Fremuit mũdꝰ. erex
it se leo aduersus agnũ. sed fortior
leone inuẽtus est agnus Leo victꝰ
est seuiẽdo. agnus vicit patiẽdo:
Cõuersa sunt corda hoim ad timo-
rem xp̃i. ceperũt reges. ceperũt no-
biles miraculis cõmoueri ꝓphetie
adimpletionem turbari. vidẽ in vnũ
nomẽ cõcurrẽ genꝰ huãnum: Et qd̾
facerẽt? Multi elegerũt ignobilita
tem. ⁊ dimittẽtes domos suas ⁊ sb̃
stãtias suas distribuẽtes paupibꝰ.
cucurrerũt ad ꝑfectionem Tali g̊ in
ꝑfecto dicitur a dño. si vis ꝑfectus
esse vade vẽde õnia q̄ hẽs ⁊ da pau-
peribus ⁊ veni sequẽ me. ⁊ habebis
thezauꝝ in celo. Multi ex nobilibꝰ
fecerũt hoc. sed cessauerũt isti nobi-
les esse gẽtium. elegerũt pauptateꝫ
in seculo. nobilitatẽ in xp̃isto Mul-
ti ãt tenẽt ipsam nobilitatem in xp̃o
tenẽt regias ptãtes. ⁊ sic sunt xp̃is-
tiani Ipsi sunt tq̄ꝫ in cõpedibus ⁊ tã
q̄ꝫ in vinculis ferreis Vñ hoc? Ne ꝓ
grederentur ad illicita compedes ac
ceperũt. compedes sapiẽtie. com-
pedes verbi dei. Quare ergo vincu
la ferrea ⁊ nõ aurea? Ferrea sunt q̄ꝫ
diu timẽt. amẽt ⁊ aurea erũt: Atten

dat caritas vestra quid loquar Au-
distis mō aplm iohānē. timor nō ē i
caritate. sed perfecta caritas foras
mittit timorem. q̇a timor tormētuz
habet. hoc est vinculū ferreū. Et tñ
nisi timore incipiat hō deū colere ñ
pueniet ad amorē. iniciū sapiētie ti
mor dñi: Incipit ergo a vinculis fer
reis finitur ad torquem auream:
Dictum est em̄ sapiētie. ⁊ torquē au
ream circa tuam ceruicem: Nō tibi
iponēt torquē aureā. nisi pmū in cō
pedibus ferreis te alligasset. Cepis-
ti a timore. cōsummaris ad sapiētiā
Quā multi sunt q̇ ppterea nolūt male
facere. q̇a gehēnas timēt. q̇a crucia
tus timēt. ⁊ nōdū amāt iusticiam:
Si illis pmitteretur ipūitas ⁊ dicē²
eis. facite qd̄ vultis securi. ipunitum
erit vobis. ⁊ mitterēt pgressus libi-
dinum suarum in queq₃ nequissima
⁊ maxime frēs mei maxime reges ⁊
nobiles q̇bus nō facile dicitur q̇d fe
cisti: Nam paup hō ⁊ si nō timeat
deū. q̇a nullarū viriū est. nullaꝝ fact⁹
tatū. ne cū se cōmouerit in suppliciū
rapiatur. cessat timore hōis ⁊ si nō
dei: potētes āt mūdi reges. nobiles
nisi deū timeāt q̇d timebūt: Sed pre
dicatur illis. ⁊ pcutiūtur framea bis
acuta Dī illis q̇a est qui ponat alios
ad dexterā alios ad sinistram. vt di
cat eis q̇ a sinistris sunt. ite in ignem
eternum q̇ pat⁹ ē dyabolo ⁊ āgelis e
ius: Nōdum diligūt iusticiam. sed ti
mēt penā. ⁊ timēdo penā iā accepe-
rūt cōpedes. ⁊ in vinculis ferreis e
rudiūtur Venit ad nos potens ho-
mo de seculo. offendit illum vxor su
a. aut forte concupiuit alterius pul
chriorem. aut alteram ditiorē. vult
dimittere eam quam habet ⁊ nō fa-
cit. audit a seruo dei. audit a pphēta
audit ab apostolo ⁊ non facit. audit
ab eo in cuius manibus est framea
bis acuta. nō facies. nō licet. nō p-
misit deus dimitti vxorem excepta
causa fornicationis. audit h̄. timet
⁊ non facit: Pedes leues iam pgre
diebātur in lapsum. compedibus te
nētur. habet vincula ferrea. timet de
um Dicitur illi: Dampnabit te deus
si feceris. iudex est supra om̄s. audit
gemitū vxoris tue. reus teneberis
in conspectu eius. Hac cōcupiscen
tia blāditur. hac pena deterretur:
Ibat ad cōcupiscendum precupidi
tate. nisi vincula ferrea retinerēt q̇d
plus est Sed dicit. cōtinere iam vo
lo nolo iam vxorem. nō potest:
Quid si tu vis ⁊ illa nō vult: Num-
quid p continentiam tuam debes il
lam facere fornicariam: Si alij nup
serit te viuo. adultera erit: Nō vult
tale lucrum deus. nec compensaē ta
le dampnum: Redde debitum. ⁊ si
non exigis. redde pro sanctificatiōe
pfecta: Deus tibi computauit. si nō
quod debes exigis. reddis quod de
betur vxori: Times non facis. con
cutiuntur vincula tua: Audi quia vi
culis ferreis constrictus es: Alliga
tus es vxori. ne quesieris solutio-
nem. Durum est. ferreum est:
Nam quando dominus hoc ait.
ostendit quia vinculum est ferreuz:
Adolescentes auditis: Vincula fer
rea sunt. nolite pedes mittere. ne
cum miseritis. artius constringa-
mini compedibus. Tales com-
pedes consolidant vobis ⁊ episco-
pi manus: Numquid non fugiūt
in ecclesia compediti ⁊ soluūtur:
Hij viri fugiunt huc volētes dimit
tere vxores suas. ⁊ hic artius colli-
gantur: Nemo soluat has compe-

des. quos deus cōiūxit homo non
sepet Sed dura sunt vincula: Quis
nescit ipsam duriciā? Doluerūt apl'i
⁊ dixerūt. si talis causa est cū vxore
nō expedit nubere Si vincula ferre
a sunt. nō opus est vt illic pedes mit
tātur Et dn̄s: Nō oēs capiūt vbū
istud. sed q̄ pt cape capiat: Alligatꝰ
es vxori. ne q̄ſieris solutionē Qui li
gatus es in vinculis ferreis ꝑ vxo-
rē. ne te obliges vinculis ferreis:

Ut faciāt in eis iudiciū cōscriptū.
h̄ est iudiciū qd̄ faciūt sancti sup oēs
gētes Quare cōscriptū? Qꝛ ista an-
tea cōscripta sunt. ⁊ mō cōplēt᷑: Ec
ce modo fiūt. aliqn̄ legebāt᷑ ⁊ nō fie
bāt Et cōclusit ita: Gl'a hec ē oībꝰ
scis eiꝰ: Per totū mūdū ⁊ ꝑ vniuer
sas gētes: h̄ sci agūt ⁊ sic glorificāt᷑.
sic exultāt deū in faucibꝰ suis. sic le-
tant᷑ in cubilibꝰ suis. sic exultāt i gl'a
sua. sic exaltātur in salute. sic cātant
cāticū nouum. sic dicūt alleluya. cor
de ore vita Amen:

¶ Expl' ps cētesimꝰ q̄dragesimꝰ no
nꝰ Incipit ps cētesimꝰ quinq̄gesi-
mus:

Quamuis ordo psalmoꝝ qui
michi magni sacramēti vidē
tur cōtinē sacramētū nōdū michi fu
erat reuelatꝰ. tn̄ ꝙ oēs cētū quinq̄-
ginta numerātur. etiā nobis q̄ tociꝰ
ordis eoꝝ altitudiēm adhuc acie mē
tis nō penetrauimꝰ insinuat aliqd̄.
vn̄ nō impudēter q̄tū dn̄s adiuuat
disputarē possumꝰ. ꝑmū q̄ndeāriꝰ
numerꝰ ex quo iste multiplicat᷑. qd̄
em̄ valēt quindecim in ordine singu
loꝝ. h̄ valēt cētū q̄nq̄ginta in ordine
deārioꝝ q̄m q̄ndecies denos faciūt
h̄ valent mille q̄ngenti in ordie cēte-
narioꝝ q̄m q̄ndecies cēteni sunt. h̄
valent quindecim milia in ordie mil
lenarioꝝ q̄m q̄ndecies mille sunt:
Quindenarius ꝰ numerus cōcordi
am significat duum testamētoꝝ In
illo em̄ obseruat᷑ sabbatū qd̄ signifi
cat quietē. in isto dn̄icus dies q̄ sig-
nificat resurrectionem Sabbatum
āt est dies septimꝰ. dn̄icꝰ vēo post
septim qd nisi octauꝰ idem q̄ primꝰ
habēdus est? Ipse em̄ dicitur etiam
vna sabbati. vt deinde sit secūda ter
cia q̄rta. ⁊ deinceps vsq3 ad septim
sabbatū: A dn̄ico āt vsq3 ad dn̄icum
octauus est dies. vbi testamēti no
ui reuelatio declaratur. qd̄ in veteri
tꝫ sub terrenis ꝓmissiōibus tege-
batur. Septē porro ⁊ octo quīdeci
sunt Tot sunt ⁊ cātica q̄ appellātur
graduū. q̄m totidē fuerūt etiā tēpli
gradus Deinde etiā q̄nq̄genariꝰ nu
merus magnū sacramētū ꝑ se gerit.
cōstat em̄ de septimana septimana
rū addito vno tꝫ ipso octauo ad q̄n
quageāriū numeꝝ t'miādū: Septi
es q̄ppe septē quadraginta nouē fa
ciūt. q̄bus vnus additur vt faciant
quinquaginta Qui numerus quinq̄
genarius vsq3 adeo magne signifi-
catiōis est. vt ex dn̄i resurrectione
tot diebꝰ cōpletis ipo quiq̄genario
die venerit sup eos qui in xpristo fu
erāt cōgregati spūs scūs Qui spūs
scūs in scripturis septeārio p̄cipue
numero commēdatur. siue aput y-
sayam siue in apocalipsi. vbi aptissiē
sep tem spūs dei ꝑhibētur. ꝓpter o-
perationem septenariam vniꝰ eiusꝯ-
dem q3 spūs Que oꝑatio septeāria
ꝑ ysayam ꝓphetā ita cōmemoratur
Requiescet sup eū spūs dei. spūs sa
pietie ⁊ intellectus. spūs cōsilij ⁊ for
titudinis. spiritus scientie ⁊ pieta-
tis. spiritus timoris domini: Ipse
dēt itelligi timor dn̄i castꝰ ꝑmanēs

in seculū seculi Seruilē āt timorē ꝯ-
summata caritas foras mittit. ⁊ nos
liberos facit ne seruilia opa facia-
mꝰ q̄ sabbato ꝓhibētur Caritas aūt
dei diffusa est in cordibus nostris ꝑ
spm̄ sanctum q̇ datꝰ est nobis Hinc
quoqꝫ spūs sanctꝰ septeārio nume-
ro cōmēdatur. quīq̄genariū v̄o etiā
in q̄dragita ⁊ decē dn̄s dispritꝰ est:
Die q̇ppe q̄dragesimo post resurrec
tionē suā ascēdit in celos. ac deinde
cōpletis diebꝰ decē misit spm̄ scm̄. q̄
dragenario scilicet numēo tpalez in
h̄ mūdo cohabitatioēm cōmēdās.
qm̄ q̄ternarius in q̄dragenario nu-
merꝰ ꝑualet. q̄tuor āt ꝑtes hēt mun
dꝰ ⁊ ānꝰ. denario v̄o addito velō m̄
cede ꝑ impleta lege bōis opibꝰ red
dita. ipsa eṫnitas figuratur Huc q̇n
q̄genariū triplū hēt cētesimꝰ ⁊ q̇nq̄-
gesimꝰ numerus. tq̄ꝫ eū multiplica-
uerit trinitas Vn̄ ⁊ hac causa nō icō
ueniēter itelligimꝰ istū numeꝝ esse
psalmoꝝ Nā ⁊ in illo numero pisci
um q̇ capti sunt retibus post resur-
rectionem missis ad cētum quīq̄gin
ta additis tribus. velud āmonitio
videtur facta in q̄t ꝑtes debeat iste
numerꝰ disꝑtiri. vt ter habeat quīq̄
genos. q̄mq̄ꝫ ille numerꝰ pisciū hēat
⁊ aliā rōnē multo subtiliorē ⁊ iocun
diorē. ꝙ decē ⁊ septē in trigonū mis
sis id est ab vno vsqꝫ ad decē ⁊ septē
ōibꝰ ꝯputatꝫ. ad eūdē numeꝝ ꝑuēit
In decē āt lex. in septē v̄o grā signi
ficatur. q̇a legē nō implet nisi caritas
dei diffusa in cordibꝰ nostris ꝑ spm̄
scm̄ q̇ septeārio significatur Nō er-
go q̇dā ōnium psalmoꝝ quinqꝫ li-
bros esse crediderūt. illud secuti sunt
quociēs in fine psalmi dictum fue-
rit fiat fiat: Sed huius disꝑtitionis
rationem cum vellem cōprehendē.

nō evalui. q̇a nec ipse q̄nqꝫ ꝑtes eq̄-
les sunt inter se. ⁊ si nō scripture q̄ꝫ-
titate saltē psalmoꝝ ipso numēo vt
recētes haberēt: Et si vnusquisqꝫ li-
bri finis est fiat fiat. cū liber q̇ntus i
demqꝫ ⁊ vltimꝰ nō eodē fine sit ter-
miātꝰ merito queri p̄t Nos āt scrip
ture canōice auctoritatē sequētes.
vbi legitur. scriptū ē in libro psalmo
rū. vnū psalmoꝝ libꝝ esse nouimus
Et video q̇dē quō h̄ veꝝ sit. ⁊ illud si
veꝝ est huic v̄o nō reluctetur: Fieri
em̄ potest vt aliq̄ ꝯsuetudiē lr̄aꝝ he
braycaꝝ vnꝰ liber dicatᷣ q̇ cōstat ex
pluribus. sicut ex ecclesijs pluribus
vna cōstat eccl̄a. ⁊ ex pluribꝰ celis v
num celū Nō em̄ celoꝝ aliq̇d ꝑ̄ter-
misit q̇ dixit. auxiliū meū a dn̄o q̇ fe
cit celū ⁊ terrā Et cum scriptura di-
cat ⁊ vocauit deꝰ firmamētū celum.
⁊ aquas esse suꝑ firmamētum hoc
est suꝑ celum. nō mentitur eadem
scriptura dicens. ⁊ aque que super
celos sunt laudent nomen domini.
quia nō ait super celum Et vna ter-
ra ex multis terris. nam ⁊ orbem ter
re ⁊ orbem terrarum cotidiana con
suetudine dicimus: Et qui ait scrip
tum est in libro psalmorum. q̄mq̄ꝫ
mos loquendi sic se habeat vt vnum
insinuare librum esse voluisse videa
tur. tamen responderi potest in li-
bro psalmoꝝ esse dictum in aliquo li
bro eorūquiqꝫ Quod in vsu locutio
nis vsqꝫ adeo vel non est vel raro
est. vt etiam duodecim propheta-
rum vnum librum esse ideo persua-
detur. quia similiter legitur. sicut
scriptum est in libro ꝓphetaꝝ: Sūt
etiam qui vniuersas ōnino scriptu-
ras canonicas vnum libꝝ vocēt q̇d
valde mirabile vt diuīe vnitati ꝯcor
dent. ⁊ hinc esse dictū. in capite libri

ſcriptū ē ð me vt faciā volūtatē tuā.
vt ſic intelligatur ꝑ filiū pater feciſ-
ſe mūdū. cuiꝰ cōdicio pricipiū ſcrip
turaꝝ in libro geneſeos. vel magis
ꝗa ꝓphecia videtur eſſe nō facta nar
rās ſʒ futura ꝓnūciās Nō em̄ ait qȯ
fecerim. ſʒ vt faciam ſiue vt facerez
volūtatē tuā Ad illȯ h̄ ſentētia refe-
rēda ē qȯ in ꝓmis ꝑtibꝰ eiuſdē libri
ſcriptū ē. erūt duo in carne vna. qȯ
ſacramētū magnū dicit apl's in xp̄o
⁊ in eccl'a. q̄mq̄ꝫ ⁊ iſte pſalmoꝝ liber
ꝑt ſignificatꝰ intelligi vbi dcm̄ ē. i ca
pite libri ſcriptū ē de me vt faciā vo
lūtatē tuā. ſeq̄tur em̄. deꝰ meꝰ volui.
⁊ legē tuā in medio cordis mei. De
ip̄o q̇ppe accipitur ꝓphetatꝰ in capi
te libri huiꝰ ꝓs ip̄e ꝓmꝰ. beatꝰ vir q̇ n̄
abijt in cōſilio ip̄ioꝝ ⁊ in via pccōꝝ
nō ſtetit. ⁊ in cathedra peſtilētie nō
ſedit. ſʒ in lege dn̄i volūtas eiꝰ ⁊ in le
ge eiꝰ meditabitur die ac nocte. vt h̄
ſit qȯ dcm̄ ē. deꝰ meꝰ volui ⁊ legē tu
am in medio cordis mei. Qȯ āt ſeq̇t᷑
euāgelizaui iuſticiā tuā in eccl'a mag
na. cōgruētiꝰ ad illud refertur. ⁊ erīt
duo in carne vna. Siue ergo illud ſi
ue h̄ intelligatur qȯ dictū ē in capite
libri. liber iſte pſalmoꝝ ꝑ q̇nq̄genos
ſi ꝑ ip̄os q̇nq̄genarios articulos in
troget᷑. magnū aliq̇d ⁊ valde dignū
cōſideratiōe reſpōdet. Nō em̄ fruſ
tra michi videtur quinq̄geſimꝰ eſſe
de penitētia. cēteſimꝰ de miſericor-
dia ⁊ iudicio. cēteſimꝰ q̇nq̄geſimꝰ de
laude dei in ſanctis eius: Sic em̄ ad
eternā beatāq̄ꝫ tēdimus vitam. pri-
mitus pccā noſtra dampnando. de
inde bene viuēdo. vt poſt cōdemp-
natā vitam malam geſtā q̄ꝫ bonam.
mereamur eternam: Scd'm ꝓpoſi-
tū em̄ occultiſſime iuſticie bōitatis
q̄ꝫ ſue. deꝰ quos ꝓdeſtinauit illos ⁊
vocauit. ⁊ quos vocauit ipſos ⁊ iuſ
tificauit. quos āt iuſtificauit ip̄os ⁊
glorificauit. Predeſtīātio noſtra n̄
in nobis facta eſt. ſed in occulto ap᷑
ipſum in eius preſentia. tria v̄o reli
qua in nobis fiūt. vocatio. iuſtifica
tio ⁊ glorificatio: Vocamur ꝓdica-
tione penitētie Sic em̄ cepit domiꝰ
euāgelizare. agite pēitētiam appro
pinquabit em̄ regnum celorum.
Juſtificamur in vocatiōe mie. ⁊ ti-
more iudicij: Hinc eſt qȯ dicitur. de
us in nomiē tuo ſaluū me fac. ⁊ in v̄
tute tua iudica me. Nō timet iudica
ri. qui impetrauerat ante ſaluari:
Vocati renūciamus dyabolo ꝑ pēi
tētiam. ne ſub iugo eius remanea-
mus. iuſtificati ſanamur ꝑ miſeri-
cordiam ne iudicium timeamꝰ. glo
rificati trāſimꝰ in vitā etnā. vbi deū
ſine fine laudamus: Ad h̄ ꝑtinē ar-
bitror qȯ dn̄s ait. ecce eicio demōia
⁊ ſanitates ꝑficio hodie ⁊ cras. ⁊ t̄-
cia die cōſummor Qȯ etiam in tru-
duo ſue paſſionis ⁊ dormitiōis ⁊ e-
uigilatiōis oſtendit. crucifixus ē ei
⁊ ſepultus ⁊ reſurrexit: Jn cruce de
principibus ⁊ poteſtatibꝰ triūpha-
uit. in ſepulchro requieuit. in reſur-
rectiōe exultauit. penitētia truciat.
iuſticia trāquillat. vita eterna glori
ficat: Penitentie vox eſt. miſerere
mei deꝰ ſecūdum magnā miām tuā.
⁊ ſcd'm m̄ltitudiēm miſeātionū tua
rū dele iniq̄tatē meā: Hoc offert ſa
crificiū deo. ſpm̄ cōtribulatū. cor cō
tritū ⁊ humiliatum Juſticie xp̄iſti
vox eſt in electis ſuis. miſericordi-
am ⁊ iudicium cantabo tibi domiē.
pſallam ⁊ intelligam in via immacu
lata. quando venies ad me Per mi
ſericordiā q̇ppe adiuuamur ad faciē
dā iuſticiā. vt ſecuri ad iudicium ve-

niamꝰ. vbi diſputꝰ de citate dñi oẽſ q̇ opãtur iiq̄tatẽ. q̊ v̄ſu p̄s iſte cõclu ditur. ⁊ vite et̃ne vox eſt:

Pſalmus:

Laudate dñm in ſcis eiꝰ. vtiq̧ in eis q̊s glorificauit. Laudate eũ in firmamẽto v̄tutis eius. laudate eũ i v̄tutibꝰ eꝰ: vel vt alij int̃ p̄tati ſt̃ in potẽtatibꝰ eiꝰ. Laudate eũ ſcõm mlt̃itudiẽm magnitudis eiꝰ. Oĩa iſta ipſi ſt̃ ſci eiꝰ. quõ dicit apl̃s vt nos ſimꝰ iuſticia dei in ipſo: Si ergo iuſticia dei quã fecit in eis. cur nõ ⁊ virtus dei quã fecit in eis. vt reſurgerẽt a mortuis: Nam ⁊ in xpiſti reſurrectiõe v̄tus maxime ꝯmẽdatur. q̇a in paſſione infirmitas fuit dicẽte aplo: ⁊ ſi crucifixus ẽ ex infirmitate. ſed viuit ex v̄tute dei. ⁊ alio loco. ad cognoſcẽdũ inquit eum ⁊ v̄tutem reſurrectiõis eius Optie aũt ait in firmamẽto v̄tutis eiꝰ: Firmamẽtũ ẽ em̃ v̄tutis. q̇a iã nõ morietur ⁊ mors ei vltra nõ dñabitur: Cur nõ ⁊ potẽtatus dei dicãtur q̊s in eis fecit: Immo ipſi ſt̃ potẽtatꝰ eiꝰ. quõ dictũ ẽ. nos ſumꝰ iuſticia d̃i in ipſo Quid em̃ potẽtiꝰ. q̧ regnare in eternũ. ſub pedibꝰ poſitꝫ õibꝰ inimicis? Cur nõ ipſi ſunt etiã multitudo magnitudinis eius: Nõ q̇a ipſe magnus eſt. ſꝫ q̇a magnos eos fecit tam mlt̃os. hoc eſt milia miliũ. ſicꝫ aliter intelligitur iuſticia qua eſt ipe iuſtus. aliter quã in nobis facit: vt nos ſimus iuſticia eius: Idem ipſi ſancti ſunt in õibus muſicis ⁊ organis deinceps ſignificati ad laudandum deum. qm̃ ꝓpoſuit dicẽs: laudate dñm in ſanctis eiꝰ Hoc exequitur. varie ſignificãs eoſdem ipſos ſanctos eius: Laudate eum in ſono tube. ꝓpter laudis excellẽtiſſiãm claritatẽ. Laudate eũ in pſalterio ⁊ cythara Pſalteriũ ẽ de ſupioribus laudãs dñm. cythara de iferioribꝰ laudãs deũ: tq̧ de celeſtibꝰ ⁊ terreſtribus. tq̧ eũ q̇ fecit celũ ⁊ terram. Iam q̇ppe in alio pſalmo expoſuimus. pſalteriũ deſup habẽ ſonorũ illud lignũ cui neruoꝝ eiꝰ es vt meliorẽ ſonũ reddat incũbit. qđ lignum cythara inferius habet. Laudate eũ in tympano ⁊ choro: Tympanũ laudat deũ. cũ iam in carne mutata nulla eſt terrene corruptiõis infirmitas. De corio q̇ppe fit tympanũ exſiccato atq̧ firmato. Chorus laudat deum. qñ laudat eũ poſt peccata ſocietas Laudate eũ in cordis ⁊ organo Cordas hẽt ⁊ pſalteriũ ⁊ cythara. q̄ ſupꝰ cõmemorata ſunt. Organũ ãt generale nomẽ eſt oĩm vaſoꝝ muſicoꝝ. q̧uis iã optinuerit cõſuetudo. vt organa ꝓprie dicãtur ea que inſtãtur follibus. Qđ genus ſignificatũ hic eſſe nõ arbitror Nã cum organum vocabulum grecum ſit vt dixi generale omnibꝰ muſicis inſtrumẽtis. hoc cui folles adhibentur alio greci nomiẽ appellãt Vt autem organum dicatur. magis latiã ⁊ ea vulgaris eſt conſuetudo Quod ergo ait in cordis ⁊ organo. videtur michi aliquod organum quod cordas habeat ſignificare voluiſſe. Nõ em̃ ſola pſalteria ⁊ cythare cordas habent. ſed quia in pſalterio et cythara propter ſonum ab inferioribus ⁊ ſuperioribus aliquid inuentum eſt quod ſecũdum hanc diſtinctionem poſſet intelligi. aliud nos in ipſis cordis querere ammonuit. q̇a ⁊ ipſe ſunt caro ſed etiam a corruptione libera. ⁊ quibus fortaſſe iõ addidit organũ. nõ vt ſingule ſonent.

sed vt diuersitate cõcordissima cõso
nẽt. sicut ordinãtur in organo Ha=
bebũt em̃ etiã tũc sci di differentias
suas consonantes non dissonantes
id est consentientes non dissenti=
entes. sicut fit suauissim⁹ cãt⁹ ex diu
sis qdem ꝫ nõ inter se auersis sonis
Stella em̃ a stella differt in gl'a. sic ꝛ
resurrectio mortuoꝝ: Laudate
eum in cymbalis bene sonãtib⁹. lau
date eũ in cymbalis iubilationis:
Cymbala inuicem tãgũt vt bene so
nẽt Jdeo a qbusdam labijs nostris
compata sunt. ꝫ meli⁹ intelligi puto
in cymbalis quodammõ laudaẽ de
um. dum qsqꝫ honoratur a ꝓximo
nõ a seipso. ꝛ inuicem honorantes
dant laudem deo. Ne qs ãt cymba
la itelligẽt q̃ sine aĩa sonãt. ideo pu=
to additũ in cymbalis iubilationis:
Jubilatio nãqꝫ id est ieffabilis laus
non nisi ab anima ꝓficiscitur: Nec
ꝓtereũdum existimo qd musici do=
cent ꝛ res ipsa mãifesta est. tria esse
genera sonoꝝ. voce. flatu. ꝛ pulsu.
Voce vt est ꝑ fauces ꝛ arterias. siue
organo aliquo cãtãtis hoĩs. flatu si
cut ꝑ tibiam vel quid eiusmodi. pul
su sicut ꝑ cytharã vel qd eiusmodi.
Nullum itaqꝫ gen⁹ hic ꝓ̃missuꝫ est
Nam vox est in choro. flat⁹ in tuba
pulsus in cytharis. tꝫ mẽs. spirit⁹.
corp⁹. ꝫ ꝑ similitudiẽm nõ ꝓprietas
Nõ ģ ꝓposuit ei⁹ in sanctis laudate
dñꝫ qb⁹ hoc dixit nisi eisipsis: Et in
quibus vt deum laudẽt. nisi in seip=
sis: Vos em̃ sancti eius inqt vt⁹ ei⁹
estis. sed quã fecit in vobis. ꝛ potẽ
tatus ei⁹ ꝛ multitudo magnitudis
eius. quã fecit ꝛ ostẽdit in vobis:
Vos estis tuba psalterium cythara
tympanum chorus corde et orga=
num. ꝛ cymbalum iubilatiõis bene
sonãtia. vos estis hec omnia. Nich
il hic vile. nichil hic trãsitorium. nich
il hic ludricũ cogitetur. ꝛ qa sape se=
cũdum carnem mors est. õnis spiri
tus laudet dñm:

Explicit psalmus cẽtesim⁹ qn=
quagesimus:

Et sic finitur expositio beati au
gustini episcopi ꝛ doctoris sup ter=
ciam siue vltimã quinquagenã psal
terij ad laudem oipotẽtis dei:

